



Summeblatt

M-s. 201
3.

295.

DISSERTATIO HISTORICO THEOLOGICA
D E
SYNCRETISMO PHILOSOPHIAE
E T
THEOLOGIAE REVELATAE

Q V A M
S V B P R A E S I D I O
IOHANNIS BENEDICTI
CARPZOVII

S' S' THEOLOGIAE DOCTORIS ET EIVSDEM
PROFESSORIS PVBLCI ORDINARII AC
FACVLTATIS THEOLOGICAE ASSESSORIS
I N
AVDITORIO MAGNO THEOLOGICO
PVBLCO EXAMINI SISTIT
A V C T O R
CONRADVS NAHMMACHER
RACEBVRGENSIS

A' D' XXI APRILIS MDCCLV

HELMSTADII
EXCVDERAT PAVL' DIETERIC' SCHNORR

SYNCRETISMO PHILOSOPHIAE
ET
THEOLOGICAE REVELATAE

JOHANNIS BENEDICTI
CARPZOVII

CONRADVS NAMMACHER

V I R O
ILLVSTRI' CONSVLTISSIMO' EXCELLENTISSIMO
AMPLISSIMO' QVE
D O M I N O
D' GODOFREDO· LVDOVICO
M E N C K E N I O

IVRISCONSVLTO' DEXTERRIMO
SERENISSIMO' DVCI' BRVNSVICENSIVM' AC' LVNEBVR
GENSIVM' A' CONSILII' AVLAE' ANTECESSORI' IN' HAC
ACADEMIA' IVLIA' CAROLINA' LONGE' CELEBERRIMO
FACVLTATIS' IVRIDICAE' DIRECTORI' GRAVISSIMO
AC' SVPREMI' DICASTERII' AVLICI' VVOLFEN
BVTTELENSIS' ASSESSORI

PATRONO' MAECENATI' COGNATO' OBSER
VANTISSIME' COLENDO

N E C N O N

V I R O
PRAENOBILISSIMO' MAXIME' SPECTABILI
AMPLISSIMO' QVE
D O M I N O
OTTONI· GVILIELMO
G E R D E S I O

ANTIQVAE' AC' CELEBERRIMAE' VRBIS' OLDENBVR
GENSIVM' CONSVLI' LONGE' GRAVISSIMO
MERITISSIMOQVE' ET' NEGOTIATORI
SOLERTISSIMO

PATRONO' ET' EVERGETAE' PIENTIS
SIME DEVENERANDO

SPECIMEN' HOC' ACADEMICVM
M O N V M E N T V M
PIETATIS' ET' GRATI' ANIMI
PRO' INNUMERIS' BENEFICIIS' IN' SE
COLLATIS
CONSECRAT
SIMVL' TESTIMONIVM' OFFERT
OBSEQUII' OBSERVANTIAE
ATQVE' PRECVM
PRO' ILLORVM' INCOLVMITATE
ET' FLORE' VTRIVSQUE' FAMILIAE
AC' SESE' PORRO
IPSORVM' INDVLGENTIAE' BENIGNISSIMO' QVE
P A T R O C I N I O
OMNI' QVO' DECEAT' ANIMI' SVBMISSI
CVLTV
COMMENDAT
EXCELLENTISSIMI' ET' AMPLISSIMORVM
N O M I N V M

OBSTRICTISSIMVS' CVLTOR
CONRADVS' NAHMMACHER

NOBILIS DOCTIS QVE NAHMMACHERO SVO

IOH. BENED. CARPZOVIVS. D

Non tam more aut consuetudine, quam veritate et amore ductus, effundo haec, nempe ut constet omnibus, quid olim sperare orbis de TE literarius possit. Nam expeditum illud et acre, quod TABI cessit, ingenium, hos inde per annos, quos TE propius applicuisti ad me, strenue subegisti literis bonis et antiquis, ac studuisti cum omni elegantiae et humanitati in doctrina recta, tum optimas artes transtulisti ad sapientiam sanctam, in qua non leues nec contemnendos progressus fecisti. Ante aliquod tempus specimen edidisti ontologiae Ciceronis, et, octiduo vix elapso, quaestionem apud philosophos, moderante Scholzio, A. M., differuisti. Iam in cathedra theologica dissertationem proponis hanc, me comite et suasore: in qua ordinem, et doctrinam, ac defensionem dignitatis librorum Dei, et si quae reliqua sunt quae placebunt, ea omnia TV A esse; quae autem fortasse displicebunt nonnullis, ea abs me adiecta et immutata esse, palam profiteor. Laudo solertiam TVAM, quod hanc thesin hac nostra aetate, in qua iuvat afferre talem, selegisti. Laudo doctrinam, quod de hac quaestione is hoc modo TV O enarrasti. Tandem modestiam probo, quod suum plane cuique attribuisti: et hoc ipsum iubeo TIBI

sacrum

sacrum esse per omnem vitam TVAM, ut porro ne spernas
quempiam secus existimantem, nec de dotibus quae TIBI con-
tigerunt superbias, putesque TE iam metam sapientiae attigisse.
Haec autem commemoro, non, ac si TVAE dissidam humani-
tati, et in Deum ac homines pietati, sed TE moneo propterea,
quia me hodie cogit TVA dexteritas, ab eo, quod negligunt
non pauci, TE laudare, et TVAS virtutes commendare. His
ergo virtutibus TVIS, NAHMMACHERE, macte: macte in-
genio hoc, hac diligentia, diuinisque et humanis in literis per-
noscendis assiduitate: moribus macte porro, et venusta huma-
nitate, sapientiaque prisca, ac fortunam Deo TVAM commen-
dans, mox de prosperrimo rerum optimarum successu felicitate
teque laetare. Ita eveniet, ut non solum TVO Parenti optimo,
patriae scholae Rectori, solatio, sed etiam aliis bonis probisque
hominibus magnae utilitati et commodo sis futurus. Quod ut
supremum Numen suam per gratiam efficiat, pariterque per
TE suum nomen sanctissimum, et literas quas nobis dedit, di-
uinas humanasque, amplifcet, religiose ac pie precor. Scribeb.
Helmstadii A. D. XVIII April. An. MDCCCLV

COMMENTATIO HISTORICO THEOLOGICA
DE
SYNCRETISMO PHILOSOPHIAE
ET
THEOLOGIAE REVELATAE

SECTIO I
HISTORIAM SYNCRETISMI PHILOSOPHIAE
ET THEOLOGIAE REVELATAE TRADENS

Σ Τ Ν Ο Ψ Ι Σ

- | | |
|---|---|
| I. <i>Syncretismus Gnosticorum et philosophorum Alexandrinorum</i> | V. <i>Syncretismus theologiae reuelatae et philosophiae Epicureae</i> |
| II. <i>Commistio theologiae reuelatae cum philosophia Platonica</i> | VI. <i>Syncretismus theologiae reuelatae et philosophiae CAR-</i> |
| III. <i>Confusio theologiae cum philosophia ARISTOTELIS</i> | TESII |
| III. <i>Commistio theologiae cum placitis Stoicorum</i> | VII. <i>Commistio theologiae reuelatae et philosophiae recentior</i> |

I

QUANTOS olim in ecclesia motus dederit philosophiae ac theologiae reuelatae commistio, quantarum in ea perturbationum, haeresium, pugnarum extiterit mater, tum vniuersa historia, tum graues optimorum theologorum querelae, documento sunt. Semper enim fuerunt, qui placita et principia philosophiae cum reuelata sapientia imprudenter miscue-

A

funt,

runt, magnosque adeo in errores prolapsi sunt. *Ab ipso statim rerum Christianarum exordio* turpiter ecclesiam lacerarunt, qui Gnostici dicebantur; dum praeter alias peruersas doctrinas, dogmata a Christo et Apostolis tradita, ex praescripto suae disciplinae interpretabantur, atque exinde sacras literas explicabant. a) Metiebantur hi placita Christianae religionis ex sensu veteris Magorum apud Persas et Chaldaeos philosophiae, et, quaecumque postulare videbantur praecepta quibus parebant, ea omnia accommodabant et torquebant ad haec, quae sacer Christianorum codex iubet credere. *Proximo saeculo*, postquam philosophandi libido in animos Alexandrinorum doctorum illapsa erat, tollebatur illa sancta et pulchra temporum primorum simplicitas, mirabilisque disciplinae Christianae conuersio sequebatur. Diuinis libris ex immoderato philosophiae amore vis inferebatur, quum doctrinae, quae rationi consentaneae putabantur, ex iisdem subtiliter eruerentur, et oracula ipsa sacri codicis, opinionibus philosophicis aduersa, misere peruerterentur. Praecipue PANTAENVS b) et CLEMENS erant, Catecheticae scholae Alexandrinae praefecti, viri boni quidem et pii,

a) De Gnosticorum doctrina legi poterunt THEODORETUS, cum alibi, tum ad 1 Tim. VI. Opp. T. III. p. 490: EPIPHANIVS, *Haeres. XXVII*, p. 48: praecipue HENR. HAMMONDVS, *Annotat ad 1 Tim. VI*, 20. p. 284. Huc spectant praeceteris IOH. CLERICVS, in *Not. ad 1 Tim. VI*. 20, et Magnusficus Vir, IOH. LAVRENT. MOSHEMIVS, *Institut. Hist. Christ. maior. Saec. I*, p. 332. f.

et in *Commentar. de Reb. Christ. ante Constant. M. Saec. I*, §. LXII, p. 182

b) PANTAENI multos commentarios olim extitisse in Scripturam, HIERONYMVS testatur, *Catal. Script. Eccles. Cap. XXXVI*. Omnes autem iniuria temporum perierunt. Illius mos diuinos libros exponendi, intelligi potest ex eius discipulo, CLEMENTE, qui etiam aliquam regulam inter-

pilii, sed immoderato philosophiae amore, tanquam fulmine tacti. Hi viam istam ingrediebantur celebri Iudaeo PHILONE duce, et ipso Alexandrino, cuius sapientiam admirabantur, et imitabantur. Hinc illa secretior sublimiorque, si Diis placet, veterum Christianorum theologia exoriebatur, quam alii *Disciplinam arcani*, CLEMENS ALEXANDRINVS *Πρώτων*, c) nominabant: a qua *Cognitione* non nisi vocabulo *Theologia mystica* impurior differt. Est enim PHILONIS *Disciplina arcani*, translatio quaedam dogmatum philosophicorum ad religionem, et divinorum scriptorum cum philosophia eclectica commissio. d) Complectitur ea totam *Theologiam philosophicam mysticamque*, ex *Aegyptiorum*, *Stoicorum*, *Pythagoreorum*, aliorumque philosophorum, imprimis vero PLATONIS, placitis, enatam. Nec aliam esse CLEMENTIS ALEXANDRINI disciplinam, fatebuntur, qui illius *Stromata* et reliquos libros peruoluerunt e)

A 2

II

pretandae scripturae sacrae a PANTAENO excogitatum, servauit in *Eclógis ex Script. Prophet. Opp.* p. 308

c) *Stromat. lib. I. p. 322.* Add. EVSEBIUS, *Hist. Eccles. lib. II. c. I. p. 38*, qui etiam ex libro quodam CLEMENTIS, *Hypotyposicon* intercripto, sed hodie perduto, refert, a Christo istam *πρώτων* Iacobo Iusto, Iohanni et Petro, ab his autem traditam fuisse reliquis *Apostolis*. Huc pertinet DIONYSII vt fertur AREOPAGITAE liber de *theologia mystica. Opp. T. II. ed. CORDERI*

d) Conf. MOSHEMIVS, in *Com-*

mentar. modo laud. *Saec. II. p. 309.* Addantur item, quae de PHILONIS *syncretismo*, et eius ratione philosophandi eclectica, ac de *disciplina arcani* quam proficitur, docuit, (ipsi magno MOSHEMIO l. c. approbata,) huius Dissertat. Praefès, in *Philonianis, Prolegom. Exercit. S. in Epist. ad Hebr. lib. VIII, 5. p. 131. f*

e) Ecce specimen asserti huius. Quae de Deo Patre, Filio, et Spiritu Sancto memorant sacrae literae, CLEMENS ita explicat, vt et PLATONIS, et PARMENIDAE, et CHRYSIPPI tribus in Deo hyposta-

II

PRÆCIPVE multi, tum vetere tum recentiore aetate, extiterunt, qui amore PLATONIS ducti, illius doctrinas, et praecepue aliquam Trinitatem, cum literis diuinis conciliare et permiscere allaborarunt. Breues hae, quibus nos constringere debemus, paginae, non permittunt, omnes *secundi* et *proximorum saeculorum* Patres, qui id negotii in se susceperint, data opera excitare, et, qua ratione quoue modo IUSTINVS MARTYR, ATHENAGORAS, MINVCIVS FELIX, EVSEBIVS, alique Asiae et Africae doctores, praecepue *Alexandrini* Aegyptiorum magistri, argurias philosophicas cum diuinis sententiis copulauerint, edocere. Vnum saltem ORIGENEM commemorabimus, saeculi tertii doctorem, et scholae Alexandrinae praefectum, quo maiorem virum ecclesia ante *Constantinum M.* non habuit. Hic omnia, quae in Christianis scitis mirabilia atque sancta sunt, connectere studuit cum rationis praeceptis, quae a CLEMENTE ALEXANDRINO, recentiorisque scholae Platonicae conditore AMMONIO SACCA, imbiberat. Arbitratus est enim, sapientiam a Christo patefactam sententiis philosophiae fundatam esse, neque aliquid continere, cuius non modo ratio e philosophia reddi, sed etiam modus, forma, origo, et habitus rerum, constitui posset. Addidit, dignitati religionis Christianae interesse, omnia praecepta illius ex philosophiae decretis deriuari, imprimisque in eo oportere industriam theologi exerceri,

VI

sibus congruerent. Vid. *Stromat. lib. V, p. 610.* Quae de mundi huius interitu sacri scriptores docent, CLEMENS eo modo componit, vt, quae PLATO et *Stoici* docuerunt de mundi per ignem renouati-

one, iis consentire videantur, *Stromat. V, p. 647.* Pauci sunt loci Christianae theologiae, quos non libido, ad philosophiam eos accommodandi, peruerterit

ut nihil libris diuinis inesse, nisi ratione fundarum, ostenderet. f) Reuocauit ORIGENES ob eam rem illud vetus *Pharisaeorum* et *Essenorum*, ARISTOBVLI ET PHILONIS, dogma, illud PANTAENI etiam et CLEMENTIS ALEXANDRINI commentum, de duplici sensu scripturae sacrae, *allegorico*, et *literal*: g) quo nimirum sibi facultas suppeteret amplior, libros diuinos pro lubitu flectendi, et placita Dei sancta ad opiniones quibus fauebat philosophicas transferendi

INTER recentiores primo loco commemorandus est BESSARION Cardinalis. Hic VI. GEORGIO TRAPEZVNTIO, aduersario suo, *Aristotelis* auctoritatem sequenti, eo fortius obuiam irer, PLATONIS sententias cum sacris literis consentire existimauit, atque id praecipue propter hanc causam, h) quod PLATO primam virtutem constituerat si-

A 3

dem,

f) Adeundus est, qui principatum inter scriptores de ORIGENIS rebus et doctrina tenet, PETR. DAN. HVETIVS, in *libris III Origenianorum*, operibus huius Patris praefixorum. Omisit tamen HVETIVS de philosophia ORIGENIS ex instituto dicere, satis habens monuisse, *Academiam fere totam ab Origene in ecclesiam translata esse*. Magnam hinc gratiam inuit apud Hist. Eccles. cultores, Vener. MOHEMIVS, quod defectum suppleuit, et de commiissione philosophiae ac theologiae reuelatae, ab ORIGENE facta, prolixè disseruit in *Commentar de Reb. Christ. Saec. III*,

§. XXVII. seq. p. 604-650
g) De PHILONE, et reliquis qui in ecclesia *Ἀλλυγοῦσι*, praecipue de ORIGENE, qui seductus erat a PHILONE, confer Praefidis huius Dissert. *Philonian. lib. II, c. I. p. 24 et 26*; vbi praeterea de ARISTOBVLO, ELEAZARE, *Therapeutis*, ARISTEA, *Deuterotis*, et aliis allegoriarum philosophicarum amatoribus, et exinde S. theologiae corruptoribus et syncretistis, differtur

h) Conf. PLATINAE *Panegyri. in laudem Bessarionis*; in quo narratur BESSARION philosophia Platonica a GEORGIO GEMISTO, (qui et PLETHO,

dem, nec ullam demonstrationis rationem postulauerat. Pertinet huc LIVIVS GALANTES, ⁱ⁾ Monachus ordinis Minorum, qui doctrinam de Deo, Angelis, creatione, anima, daemonibus, hominisque felicitate, ex utroque systemate inter se confudit, ac permiscuit. Spectat huc FRANCISCVS PATRICIVS, ^{k)} ille acer *Platonis* contra *Aristotelicos* defensor, qui suum philosophum per tria quadraginta capita cum religione Christiana contulit. Adiciendi sunt, praeter FRANCISCVM VIERIVM, ^{l)} CHRISTOPHORVS SANDIVS atque SOVERAINIVS. Quorum ille, ineptus homo, PLATONEM in doctrina de Trinitate cum literis sacris com-

po-

et a Platone secundus dicitur,) imbutus esse. BESSARIONIS quod huc pertinet opus inscribitur: *In calumniatorem Platonis libri III*, Venetiis apud Aldum, 1503. Ad CHRISTI FRID. BOERNERI lib. de *doctis hominibus Graecis*, quo vita BESSARIONIS, et ille liber, (pag. 75.) inserto item PLATINAE Panegyrico, eleganter recensetur

^{a)} Edidit libros XX de *Christianae Theol. cum Platonica comparatione*. Opus rarissimum Bononiae prodit A. 1627

^{k)} Huius PATRICII huc pertinet opus indicendae raritatis, Venetiis 1593 editum: *Noua de vniuersis Philosophia, libris L comprehensa*. Indicem et contenta dedit Vir Celeber. IAC. BRVCKERVS, *Hist. Crit. Philos. T. III, P. I, p. 428. seq.* et IOH. VOGT, *Catal. Crit.*

Libr. Rar. p. 521. Titulus libri prolixior, inter alia haec prodit: *In isto libro, noua quaedam ac peculiari methodo, tota in contemplationem venit Diuinitas; postremo, methodo Platonica, rerum vniuersitas a conditore Deo deducitur. Ex vngue leonem! Concurrite autem, et salute patrem vestrum, theologi scientifici! Nam in eodem libri indice scribitur: Platoniorum dialogorum nouus penitus a Francisco Patricio inuentus ORDO SCIENTIFICVS: Plato, concors catholicae fidei, ostenditur*

^{l)} In *Compend. doctrinae Platon.* quatenus cum *Christiana fide conspirat*. Florent. 1577. Nec non in libro *Conclusioni di Platone conformi alla Dottrina Christiana, et a quella di Aristotele*. Ibid. 1590

posuit: m) *hic*, eruditus quidem vir, pessime tamen philosophum cum Christo comparauit, n) IOH. FRANC. BALTOO) et aliis poetas dedit

III

PROGREDIMUR ad *Aristoteleam* philosophiam: quae primis quidem saeculis post Christum natum, tantum abest ut in eo, quo *Platonica* philosophia, honore fuerit, ut potius IUSTINVS MARTYR (teste PHOTIO, p) *Ἀναγερπὴν δογμάτων Ἀριστοτελικῶν*, *confutationem dogmatum Aristoteliorum*, conscripserit. Sed irruente per aliquot saecula grandi barbarie, quum literae humaniores plane oblitteratae essent, suum ARISTOTELES caput erexit. Arabes erant, AVERRHYES praecipue et AVICENNA. Hi *Aristotelicam* philosophiam ex Africa in Hispaniam, deinde in reliquis Europae partes, inferebant. Qua tempestate, quum etiam vires et incrementa sumisset auctoritas Romanorum Pontificum, quibus *Aristotelica* arriserat philosophia, totus fere orbis *Aristotelius* factus, diuisum imperium in animas hominum Romanus Papa cum ARISTOTELE obtrunxit. Amici autem ARISTOTELIS qui SCHOLASTICI dicebantur, parum contenti elegisse magistrum hunc in philosophia, etiam instituerunt ex *Stagiritae* et sacrae scripturae commissione confusum chaos conglutinare, praecipit-

m) In confusa *Dissertatione* negi τῶ Ἀγῶ, affixa EIVS Interpretat. *Paradox. IIII Euangelior.* Cofmopoli, 1670

n) In lib. *le Platonisme dévoilé, ou Essai touchant le Verbe Platonicien.* Colon. 1700

o) FRANCISC. BALTVS confutauit praeter SOVERAINISMVM, ANDR. quoque DACE-

RIVM et alios, in libro, *la Défense des S. Peres accusez de Platonisme.* Paris. 1711

p) *Biblioth. Cod. CXXV.* Librum IUSTINI MARTYRIS genuinum esse, auctore PHOTIO ostendunt IOH. ERN. GRABIVS, *Spicil. Patr. Saec. II, T. I, p. 153.* et GVIL. CAVE, *Hist. Script. Eccles. Vol. I, p. 63*

ceptisque theologiae Christianae *Aristoteles* rationes, dubitationes, quaestiunculas permiscere, nihilque in theologia, nisi *Aristotelicis* firmatum fundamentis, defendi et credi posse, sibi et aliis persuaserunt. Igitur infaustis auspiciis ALBERTVS MAGNVS, THOMAS DE AQVINO, IOH. DVNS SCOTVS, et innumeri huius furfuris alii, tum *secunda* tum *tertia* aetate, *Scholastici*, ARISTOTELEM cum theologia reuelata commiscuerunt, q) et de illa consensione adeo magnifice loquuti sunt, VI ARISTOTELI inter Diuos et Sanctos primum (opinor) locum concederent. r) HENR. CORNELIVS AGRIPPA, *Colonienſes mei theologi*, ait, s) *librum ediderunt de vita et morte Aristotelis, quem theologica insuper Glossa illustrarunt; in cuius calce concludunt, Aristotelem sic fuisse Christi Praecursorem in Naturalibus, quemadmodum Iohannes Baptista in Gratuitis.* t) Et PHIL. MELANTHON tradit, aliquem *Licentiatum dixisse, si amittere-*

q) Vide ANT. POSSEVIN. *Biblioth. Select. l. III, c. 15.* ADAM. TRIBBECHOV. *de Doct. Scholast. Cap. II. p. 47 s. HADR. BAILLET. le Jugement des Savans, T. I, p. 205.* S. REUER. IOECHERVVS, in libro *Philos. Haeres. Obex, p. 165. Lit. m*

r) IOH. LAVNOIVS *de varia Aristot. fortuna, Cap. VIII, p. 32, et passim alibi.* Add. ROM. TELLER, *Diss. de exsimatione Philos. Gentil. inprimis Aristotelis, apud Christianos, S. XVIII*

s) *De Incertiti. et Vanitat. Scient. Cap. LIIII, p. m. 196. ed. Hag. Com. 1662*

t) Idem de SOCRATE affirmavit MARSIL. PICINVS. Immo TANAQV. FABER, in *Vit. Aristippi*, postquam laudauerat, SOCRATEM propter institutionem didacrum non sumfisse, haec addit: *C'est justement ce que Jesus Christ disoit à ses chers Amis: Ne cherchez pas à être sages, comme les hommes, mais soyez simples comme les enfants. Aussi n'y a-t-il jamais eu d'homme, je dis homme simplement homme, qui ait si bien ressemblé à Jesus Christ, que Socrate.* Bona verba quaelo. Leg. IOH. IAC. ZIMMERMAN. *de Relig. Christ. collata cum Philos. Socratis, Opusc. T. I, P. II, p. 584*

teremus omnes libros Propheticos et Apostolicos, posse doctrinam Evangelii reparari ex Ethicis Aristotelis. u) Tantam noctem obduxerat caeca huius philosophi obedientia! Post restituta autem literarum et artium ingenuarum incrementa, quum diuus LUTHERVS et multum declamasset in philosophiam Aristotelio Scholasticam, et vias autem sacri codicis interpretandi planas rectasque reparasset, tamen non defuerunt, qui cum ARISTOTELE delipere, quam cum aliis melioribus rectius cogitare maluerunt. Non enim (id quod parum mireris,) inter Pontificios solum, vt AVGVSTINVS STEVCHVS EVGVBINVS, x) sed etiam inter ipsos Euangelii asseclas insurrexerunt, qui dogmatum Aristotelicorum et literarum sacrarum commissionem tentarent: quemadmodum inprimis de IOH. ZEISOLDI y) et CHRISTI. DREIERI z) ausus manifestum est, qui totam philosophiam Peripateticam in Deum reduci, et in eodem requiescere asseruerunt

IIII

MAGNA etiam pars antiquarum haeresium, a Gnostici-

B

cis,

- u) Vid. Apolog. Aug. Conf. Artic. IIII, p. 62. Nam explicarunt olim ARISTOTELIS libros ecclesiasticae concioni, id quod ex libro patet inprimis raro: *Autoritates Aristotelis*, Senece, Boëcii, Platonis, Porphyrii etc. completum per me GERARDVM LEEAV; Antuu. A. 1487. Conf. *Neue Beyträge von A. und N. Theol. Sach.* 1752. P. II, p. 143-478
- x) In opere prolixo de perenni philosophia, Lugd. 1540. (inserto Opp. T. III. ed. Paris.) De quo libro legi possunt CASI,

- BARTH. *Aduers.* VII, 2, et REU. IAC. BRVCKER. *Hist. Crit. Phil.* T. IIII, P. I, p. 754. Specimen conciliationum AVGVSTINI STEVCHI, ex eius libro X, cap. 20 dedit CHRISTO. ALB. ERCKIUS, *Diss. 2 de Syncretismo Philos.* §. IIII, p. 12
- y) In *Tract. de Aristotelis*, in illis, quae ex lumine naturae innascuntur, cum scripturae S. consensu, ab eaque apparente dissensu. Ienae, A. 1661
- z) *Sapient. Vniuers. f. Philos. prima*, p. 43

cis, Marcionitis, ac Manichaeis exclusarum, originem debet intempestivae conciliationi verborum Dei cum philosophia STOICORVM. a) Eo magis mirandum est, HIERONYMVM b) scribere potuisse, *Stoicos Christiano dogmati in plerisque concordare*. Eo grauius IVSTO LIPSIO succensendum, quod data opera id consilii cepit, vt, quemadmodum ARISTOTELEM *Scholastici*, sic ipse *Stoicos*, quoad eius posset, maxime in gratiam reduceret cum religione reuelata. Eo indignius ferendum, quod ausus est, placita *Stoicorum* inter sese pugnantia, et in Christi disciplinam iniuria, cuiusmodi sunt illa de anima humana, de fato, de duobus istis principiis, de peccatorum aequalitate, de ἀπαθεία, de quiete Dei, ac plura alia, in saniores et oraculis diuinis magis conuenientem sensum pertrahere. c) Quis feret hominem, Christi assecclam, ita differentem: d) *Non alii e praeis magis consentiunt cum Christiana pietate, quam illi qui a Stoica domo?* Quis peccus aut stilum hominis, diuinæ maiestati deuoti, reperit apud eum, qui *fatum Stoicum* nominat aeternum decretum prouidentiae, quod tolli non magis e rebus potest, quam ipsa prouidentia? e) Quis integram aut piam mentem quaerit penes hunc, qui contendit, a nullis aliis et maiestatem et sanctitatem Dei assertam magis, nullaque alia secta homines ad aeterna attractos esse? f) Pertinet quoque inter intempestiuos conciliatores philosophiae *Stoicae* cum theologia reuelata THOMAS GATAKERVS, g) fidenter pronuntians, praecepta, quae Iesus in oratione

a) Conf. IAC. THOMASII de *Stoic. mund. Exult. Diss. XV III*, p. 210. IOH. FRANC. BVDDEI *Analest. Hist. Phil. de Error. Stoic. Diss. III*, §. 4, p. 169
b) In *Comment. in Ie. aiām*, Cap. XI, p. 89, Opp. T. III edit. Benedic.

c) Hue pertinent inprimis LIPSII *Lib. III Manud. ad Stoic. Philos. et Physiolog. Stoic*

d) *Miscell. Epist. Centur. 1*, Ep. 33, p. 42: et *Epist. 42*, p. 64

e) *Physiol. Stoic. Lib. I, Diss. XI*, p. 25

f) De *Constant. 1*, 19, p. 59

tionibus, historiae Evangelii inferis, dedit, de abstinendo etiam a *cogitando* malo, de affectibus vitiosis suppressendis, de animo ad imaginem Dei efformando, de iniuriis aequo animo ferendis, de rebus omnibus ipsaque vita nihili habendis, et de plerisque tum pietatis tum charitatis officiis, ea omnia apud *Stoicos*, praecipue M. AVRELIVM ANTONIVM, legi, non aliter ac si philosophus Imperator *Matthaeum* et *Lucam* euoluisset. Itaque locos sacri codicis GATAKERVSVS cum M. AVRELIO conciliare, et inter se commiscere conatus est. Nec dissimilem operam in comparanda philosophia *Stoica* cum sacris literis susceperunt, praeter IOH. BAPT.

B 2

SCHEE-

g) *Præloq. ad M. Antoninum.* (fol. XVIII, et seq.) In hac *Praefatione* GATAKERVSVS libros ANTONINI ad se ipsum pari loco collocat cum *enarrationibus* atque *commentariis* piis et sanctis, *sanctum in codicem concinnatis*. Exponit autem, utilitatem legendi huius philosophi eo consilire. (I) Quae in sermonibus Christi summam proposita essent, hic latius deducta, et rationibus adeo confirmata esse. (II) Dogmata Christiana, quum ab extraneo laudata essent, igitur aequitati et rationi consentanea deprehendi. (III) Divinam providentiam ac benignitatem cognosci, *quod in hoc ANTONINO imaginem sui non intercitere et aboleri fuisset passa*, sed eius scintillas quasdam servasset reliquas. (III) Misericordiam, gratiam,

et arcana Dei consilia admirationi esse, quod, praeteritis tam sapientibus, tam oculatis hominibus, cuiusmodi ANTONIVS fuisset, alios, in tenebris versantes, alios, nihil videntes, sacro sermone et Spiritu Sancto illuminare voluerit. (V) Pudore Christianos suffundi, et acre iis calcar ad altiora enitendi *per naturae vires* subici. Ut verbo dicamus. GATAKERVSVS integram *praefationem*, et non exiguum partem *annotationum* doctissimarum, conscripsit propterea, ut ostenderet, Stoicorum disciplinam in plerisque cum Christianorum scitis et placitis convenire. In qua tamen opinione eum decipi, recte vidit Cel. IAC. BRUCKER, *Hist. Crit. Phil. T. III, P. I, p. 755.* et Oti Vindel. Melet. I

S'HELLENBERG *b)* Iesuitam, IOSEPHVS HALLVS, *z)* ANTON. BORREMANSIVS, *k)* MARGARINVS DE LA BIGNE, *l)* CASPAR. BARTHIVS, *m)* CLAVDIVS SALMASIVS, *n)* atque alii: *o)* qui praeterea existimarunt, post Christi et Apostolorum scripta nihil esse, quod ad formandos Christianorum mores, SENECAE, EPICTETO, (et huius commentatoribus, ARRIANO et SIMPLICIO,) nec non AVREL. ANTONINO, anteferri possit

V

PRAETEREA quum superiori saeculo a viro nomine et doctrina magno, PETRO GASSENDO, *p)* id esset actum, vt philosophiae *Epicureae* pristinus, quem suo a conditore acce-

b) In libro, *Seneca Christianus*

z) Libro eiusdem indicis. Conf. FABRICII *Bibl. Lat. Vol. II.*

p. 513

k) *Var. Lectio. Lib. III, p. 159*

l) In *Scholiis ad Lib. II Pseudo LINI, T. VII Biblioth. Patrum*, (edit. *Parisi. 1579.*) *p.* 215

m) *Aduers. Lib. XLIX, p. 2283*

n) Praefat. ad SIMPLICII *Commentar. in Epictet. p. VIII.* Inter alia plura in hunc modum pergit SALMASIVS: Et vere quidem vir ille diuinus (EPICTETVS,) dignusque quem Spiritu illo suo Deus bearet, per quem nobis Christus reuelatus atque enarratus est. Quid enim aliud volumus? quo alio nos vocant praecepta omnia Dominica et Apostolica

o) Referri huc possunt suppositae illae Pauli ad Senecam, et Senecae ad Paullum epistolae, HIERONYMI ET AVGVSTINI temporibus iam notae. Conf. FABRICII *Cod. Apocr. N. Test. T. II, p. 880.* Adde, qui data opera exposuerunt de opinata *Stoicorum et Epicteti* cum sacro codice consensione, MICH. ROSSARIVM, de *Epicteto, Philos. Stoico, p. 24.* COQUELINVM, *lib. le Manuel d'Epictete, avec des Reflexions tirées de la Morale de l'Evangile, Cap. III, p. 42.* ESPRIT, *la Fausseté des vertus humaines, T. II, p. 47.*

p) *Synagm. Philos. Epicur. ad librum X Laertii. Hag. Com. 1559.* (inserto *Gpp. GASSENDI T. V.*) Adde EIVSDEM *libros VIII de vita et moribus Epicuri*

acceperat, nitor, et interpretatio facior in quibusdam red-
dita esset; repente, ut sit, proruperunt, qui limites defen-
dendi EPICURI transilirent, ita, ut placita huius Sophi
sacris cum literis coniungi posse, sibi persuaderent. Verene
conuicti fuerint de illa consociatione, aut num ingenii osten-
tandi causa περὶ τῶν τέτων talem susceperint, aliorum esto iudi-
cium. Certe IACOBVS RONDELLVS q) et BERNH. DE
MALLINCROT r) placita Epicureae impietatis extenuare,
molliorem iis sensum affingere, fortunam Epicurorum cum
providentia Christianorum et diuina sapientia conciliare,
aggressi sunt. Alii, doctrinam de Atomis, quam EPICVRVS,
et ante eum DEMOCRITVS excluderant, cum physiologia
Mosis componere, et explicandae rerum generationi ad-
hibere studuerunt, adeo, ut diuinus scriptor, et ipse De-
us sanctissimus, ἐπιμαρτυρεῖν cogerentur. Hac arena et calce
adhibita, ruinosum systema aedificauerunt EDMUNDVS DI-
CKINSON s) et THOMAS BURNET: t) Mosaici philosophi
ob id dicti, quia cosmogoniam, ductu Mosaicae (quam sibi
finxerant,) συνέστρωσαν, explicauerunt, et quae philosophi

B 3

pri-

q) In libro Francogallice scripto,
de vita Epicuri, Parisiis 1679.
Conf. PETR. BAYLE Diction.
Hist. Crit. T. II, Art. Epicure.
Not. L. p. 369

r) In Discurs. de summo Hom. bo-
no. Conf. ION. BAPT. ROE-
SCHELIUS Philos. Conciliat.
§. XVII

s) Physic. Vet. et Vera, seu Tract.
de Natural. Veritat. Hexaëm.
Mosaic. Londin 1702. In prin-
cipio huius libri, Cap. II, §.
I, p. 8, ita scribit DICKINSON:
Quum suscepissem philo-
sophiam Mosaicam pro virili

mea dilucidandam, cunctisque
serio perpensis firme concepissem
munus istud, nulla ratione id
melius, quam corpusculari,
vel, ut loquuntur, atomistica,
praestandum fore intellexi

t) In libro, Theoria telluris sa-
crae, Partes II, Lond. 1689.
Accedit EIVSDEM Archaeolo-
gia, quam Theoriae telluris
ideo iunxit, ut constaret, sen-
tentiam, quam sibi de Mosai-
ca cosmogonia conceperat,
ad gentes perueniatam, ubique
vestigia reliquisset

prisci ANAXAGORAS, EMPEDOCLES, DEMOCRITVS, EPICVRVS, de *Homocomeriis*, et de *Atonis*, angularibus, rectis, rotundis, laevis, asperis, hamulatis, curuatis somniauerant, his *physicos* et *archaeologicos* libros superstruxerunt; a Deo autem hoc vniuersum ad istas regulas esse factum, et a Mose ita describi, contenderunt. Commenta eorum multi ex instituto enarrarunt: quae si quis capere et intelligere vult, nae is *Phantasia* et imaginibus, non mente fallitur. Eandem in classẽ GUILIELMVS VVHISTONVS x) et DETLEVS CLVVERVS y) quum referantur, quid mirum, si et ipsi, quemadmodum priores, absque censura intelligentium dimissi non sint

VI

SED ET parum feliciter in arena hac defudarunt, qui de RENATI CARTESII placitis, quibus labes impietatis aspergebatur a factione GISEBERTI VOETII, crispandis, et ipso cum diuiniore codice conciliandis, solliciti fuerunt. Eximius certe promeruissent de genere humano LVDOVICVS DE BEAUFORT z) et LVD. MEIERVS, a) si, quam edocti erant, medicinam potius fecissent, quam VI CAR-

TESII

u) Celeb. BRUCKER, T. III, P. I, p. 617. Ven. CHRISTO. AVG.

HEVMANN, *Act. Philos.* Vol. III, p. 434. J. REIMMAN, *Catal. Crit. Bibl. suae* p. 691

x) *Theoria originis et consummationis rerum omnium.* (Titulus est: *A new theory of earth form its Original to the Consummation of all things.* Lond. 1698

y) Libro teutonice scripto: *Geologia, siue Philosophemata de*

generi ac structura globi terreni. Hamb. 1700

z) In *Cosmopoeia Diu. seu Fabrica mundi explicata.* Leidae, 1656. conf. *Philosophical Transact.* T. I, p. 1052

a) Auctor *Exercitat. Paradox. Philos. Scriptur. Interpr.* Eleuterop. 1667. Lege HENRIC. LVD. BENTHEM, *Hollandisch. Kirch. und Schulen Staat*, P. II, 2, 4, p. 59

TESII philosophiam, cosmogoniam *Mosaicam*, et literas sacras, quasi aliquam potionem medicam inter se miscuissent. Quid? quod plane MEIERVS docet, philosophiam Cartesianam esse unicam normam sacros libros interpretandi, ac de religione decernendi: et, *sordescere*, pergit, *b) quibusdam theologis sacram literarum interpretamenta, quae Cartesianae philosophiae radiis non illustrata prodierunt.* Quam sese turpiter dedit IOH. AB AMERPOEL, *c)* dum globulos caelestes, vortices, et reliqua CARTESII elementa apud *Mosē* quaesivit, hypotheses vanas pro veris habuit, historiae creationis aegri somnia affinxit, nubem pro Iunone amplexus est! Quis sine taedio legerit nescio quem DES FOURNEILLES, *d)* aut HENRICVM MORVM *e)* Anglum philosophum? nam hi principia gemina a *Mosē* allata, *caelum* et *terram*, ad mentem Cartesii de *aethere* et *planeta* exposuerunt, atque somniarunt, quae breuifcule enarrasset *Mosēs*, ea philosophum fusius ac subtilius demonstrasse. Quis tulerit aequo animo CHRISTO.

b) Lib. cit. p. 46. Conf. FRID. SPANHEM. *Elench. Controu.* p. 742

c) Libri titulus est: *Cartesius Mosaisans, sive evidens et facilis conciliatio Philos. Cartes. cum Hist. creationis, I Cap. Genes. per Mosē tradita.* Leonard. 1659

d) Vid. MORHOF *Polyhist. T. II, lib. I, 15, II, p. 19*

e) *Defens. Kabbal. Philos. Opp. Philos. T. I, p. 94.* Inserta est haec defensio *Tomo I Kabb. Demd. KNORRII A ROSENROTH.* Specimen autem MORI conciliationum MORHOFIVS I.

c. p. 167. attulit. Nimirum vocem מים MORVS interpretatur *aetherem*, sensu Cartesiano. Hebraica enim vox מים (ait,) ex אש ignis et מים aqua composita, exprimit occultiore Kabbala principium RENAT. CARTESII secundum. Terram ex textu Hebraico planetam facit, ab vltione vel exustione dictum; nam id sententiam CARTESII, affirmantis, terram aliquando solem fuisse, qui igne extincto in planetam degenerauerit, stabilire potest

STOPHOR. VVITTICHIVM, f) theologum Batavum? qui CARTESII causam aduersus Voëtianos defendens, principia metaphysica ad explicanda Dei mysteria incaute transtulit? g) Denique, quum CARTESIUS systema mundi Copernicanum retinuisset, etiam hic omitti non debent, qui conati sunt demonstrare, sacrum codicem, nisi NIC. COPERNICI sententia recipiatur, intelligi recte non posse, et hypothesein hanc sacris adeo cum libris coire allaborarunt. Inter hos conciliatores IOH. IAC. ZIMMERMANVS h) et PETRVS MEGERLINVS i) non postremo loco sunt collocandi

VII

PERICVLOSVM, plenum opus alea esset, si ex nostra aetate nomina adduceremus eorum, qui, ut re bene gesta, theologiam reuelatam duplici principio, rationi et reuelationi, superstruxerunt, ac philosophica theologicis intempestiue miscuerunt. Hos errores illorum, quemadmodum parum recte iudicaret, qui philosophiae cui nomen dederunt, imputare velit per omnia: ita vero minus aberraret, qui causam huius abusus afferret illas furias duas generis humani, superbiam atque ignorantiam. Nam qui ita se compararunt, illi in vix mediocri literarum quibus ab humanitate est nomen, linguarumque sanctarum, grammaticae, et librorum veterum cognitione, solis compendiis philosophiae et dogmaticae degustatis, interpretes tamen magni diuinorum librorum, magni theologi, esse

VO-

f) In Theol. Pacifica et Tract. de Consens. Script. S. cum Verit. Philosoph. Cartesianae. Neomagi, 1659

g) Leg. VAL. ALBERTI Διπλῶν Κεφαλῶν, i. e. Cartesianismus et Cocceianismus. Cap. I, §. 32 f

h) In Script. S. Coperniz. Conf. FL. CAMERAR. Medit. in Scr. S. Coperniz. Zimmerman. annexae EIVS Medicin. Conciliatr. p. 330

i) System. mundi Copernico, theologiae conciliata. P. I, p. 80

volunt. Intellexerunt autem, non laboris esse molesti aut diurni, tirocinia alicuius disciplinae, ut philosophiae, vel theticae, memoria completi. Quam multi enim hoc, quam paucis annis, et quidem inter lusus et ambulationes, inter epula prope quotidiana, ac fere aliud agendo, consequuntur? Igitur, qui viuidioris impatientisque sunt ingenii ad minuta quaevis e fontibus haurienda, destituti autem cognitione mediorum in literarum sacrarum interpretatione, hi vnice ad *realia* quae illi sic vocant, id est, ad definitionum plaustra, ex metaphysica aut alia philosophiae parte arcessenda, et ad auream syllogismorum catenam, caelo delapsam, confugiunt. Quapropter *ἀναλογίαν* Christianae doctrinae demonstrare solent in hunc modum, ut saepissime ipsum Christum et bonos Apostolos ita subtiliter disputasse, et ita acute distinxisse, ac mathematice confutasse *Phariseos* atque alios, audiamus ac legamus, quasi e media *Leibnitiana*, aut alia qua tali schola emerissent. Sed ne multis in re manifesta inhaereamus, afferendi sunt tamen (ne quis, defuisse in ea parte industriam aut ingenuitatem nostram, obuertat,) nouissimi aliquot scriptores Henotici, eo occupati, ut theologia reuelata atque philosophia coalescant in vnum, et inter sese confundantur. In censum hic venit quidam HENRICVS CROON. Is *pietatem Christianam cum philosophica* commiscere, illam ab hac saltem gradu differre, et isto foetu *Pelagianismum* reuocare aggressus, academiae Ienensi poenas dedit. *k)* Paucis post annis prodierat quaedam charra Viri, qui deinceps *παιλογόδιον* cecinit, et philosophicum schedion, in quo ausus fuerat *l)* *personarum pluralitatem in Dei-*

k) Historiam libri et controuersiae enarrat CAR. GVNTHER. *LVDOVICI, Hist. Philosoph. Wolf. P. II, 13, §. 518, p. 476 seq.*

et *P. III, 16, p. 141 f.*
l) Conf. CL. LVDOVICI, *l. c. P. II, §. 519. p. 479. 496*

Deitate, vnice ex principiis rationis, demonstrare methodo mathematica, ingenue damnauit. Cuius ceterum Viri clarissimi honori et nomini hodie fauimus, neque attigissemus errorem sepultum, nisi hoc specimine luculente pateat calamitas, quae ecclesiae Christi ex syncretismo philosophiae et theologiae reuelatae inferatur. Illud damnum praecipue manifestum est in malo ausu IOHANNIS LEONHARDI SCHMIDT, *Vuerthembergensis Pentateuchi interpretis*, m) qui philosophicas glossas diuino verbo allinere, vaticinia de Christo eliminare, peruertere typos, et phantasmata hominis cum ratione insanientis diuo Mosi intrudere studuit. Huc referuntur GEBHARDI *Cogitationes, de usu methodi scientificae in theologia reuelata*, facer, et a summo Dresdensi Synedrio suppressus liber. n) In quo auctor, quum vidisset, in literis sacris multa demonstrari non posse ex certis principiis philosophiae, ob eam causam dubitat, Prophetas, Euangelistas, et Apostolos fuisse certos de reuelationum, quae ipsis contigerant, diuinitate: mendacii postulat verba Dei, quum de se ipso vt de homine loquutus est: rider, quod sacrificia V. T. dicuntur ad Christum respectisse: negat, diabolos esse posse. Alius est scriptor ANONYMVS, o) eodem tempore a reuerendissimo hoc Protosynedrio damnatus, qui *miracula in sacris libris rationis principiis superstruxit*, definitionesque ex physica CHRIST. VVOLFII rapuit ac furatus est. Et quis nescit, hodie Pandoram mitti a Ioue, ad Christianos in religione confundendos, Nobiliss. IOH. MICHAELEM A LOEN

S E

m) *Die göttlichen Schriften vor den Zeiten des Messias Jesus: der I Theil.* Werth. 1735

n) *Amstel. 1743.* (i. e. Berolini impensis Ridigeri.) Huius libri etiam versio extat Teutonica, et prima recensio in *Nachricht.*

v. d. *Neuest. Theolog. Büchern*, P. XVIII, p. 841

o) *Vernunftmäßige Betracht. der übernatürl. Begebenheiten, aufgefertiget von einem Freunde der Wahrheit.* Amstel. 1743

SECTIO II
IN QVO CONSISTAT PHILOSOPHIAE ET
THEOLOGIAE REVELATAE SYNCRETISMVS
PERHIBENS

Σ Τ Ν Ο Ψ Ι Σ

VIII. *Utilitas philosophiae in theologia reuelata*

fini philosophiae et theologiae reuelatae

VIII. *Forma et facies syncreti-*

VIII

Nemo sapiens dubitabit, multa philosophiae praecepta, in exponenda, docenda, et defendenda theologia reuelata, praeclare et vtiliter adhiberi posse. Siquidem philosophia, quae complexio est veritatum ratione cognitarum, apteque inter se iunctarum, ac suas per causas continuata serie propositarum, ordinem concinnum et quasi compagem conspicuam in omnibus artibus et sapientia suppeditat. Quid igitur vetat, quo minus regulas, quas dialectica tradit, etiam applicemus in cognoscendis diuinis veritatibus, ita, vt munimenta et rationes ex sacris literis depromamus, et eas more arteque in scholis vtitata proponamus? Immo vero res et causa theologorum poscit, ipsius etiam Christi et Apostolorum exempla probant, fas atque vtile esse, ex scripturae sacrae verbis concludere, et dogmata inde rheologica confirmare. Iam si aliquid argumentatione theologica concluditur, 1) licitum est, thesin ex philosophia, tanquam aliquod lemma, in subsidium adducere, quasique auxilium ab eo lemmate petere ad demonstrationem alicuius dogmatis absoluendam. Etsi enim vel propositio vel assumptio ex philosophicis mutuo datur, si modo alterutra innititur auctoritate literarum diuinorum,

rum, tamen conclusio semper *diuinam* extorquet fidem, literarumque sacrarum est effectio. Nempe instrumenti vice habetur philosophica thesis siue lemma, atque efficitur, vt conclusio, sacro codice innixa, propter hanc causam quia certis quibusdam legibus astricta est, tum magis euidens videatur, tum aduersariorum laqueis aptius opponatur. Praeterea II) ipsae etiam veritates caelestes, quemadmodum rite collocari, aliaeque ex aliis deduci, et omnia inter sese, melioris intelligentiae causa, nesci debent, id et ipsum recta ratio nos dextre docet. Id quidem non eo intelligitur, quasi arbitrio omnium relinquatur, quasnam, quoque modo aut ordine, veritates, vt libitum est, iungant; nam ipsae veritates serie et collocatione sinistra multum et claritatis suae atque luminis amittere possunt. Sed potius ex natura theologiae iudicandum est, quis ordo aptior et conuenientior in eadem adhibeatur. III) Quum igitur omnis theologia reuelata, verbo Dei, tanquam *fundamento seu principio vnico*, superstruenda sit; (insunt enim verbo Dei attributa *principii* omnia, estque primum, et *πρωτεύων*, et indemonstrandum, et causa conclusionum theologicarum;) ita etiam omnino praestat, quaeuis placita theologiae ex hoc principio deducere, et auxilio rationis inter se connectere. Si quis igitur adducit verba literarum sacrarum, in quibus veritates caelestes plano testimonio proponuntur; deinde, si quis singula momenta, quae ad naturam dogmatis alicuius vel articuli spectant, quantum fieri potest continuata serie hinc deducit, et haec omnia enuntiata ita disponit et ordinat, vt prior thesis aliquid conferat ad intelligendam eam quae consequitur; etsi ceterum philosophicam subinde thesin, tanquam *functionem* seu *λήμμα*, in subsidium vocet: tamen, hunc ordine, faciei theologiae sanctae conuenienti, vti, dicendum est. Haec autem *methodus* quum omnium enuntiatorum iustam causam e sacris literis apponat, quid tandem obster, quominus

minus *demonstratiua* nominetur, nihil video. IIII) Atque ex his dictis potest de omni lege et genere vario methodi theologiae pertractandae, cuiusmodi huc usque variae formae innotuerunt, p) iudicium ferri. Inter has, metho-

C 3

p) *Methodus*, *arbitraria* res dici non potest, nisi eo sensu, si plures *methodi* adiunt, quae ad proponendam apteque inter se connectendam, doctrinam aliquam, *aeque commode* adhiberi possunt. Hoc sensu, ipsa definitio *arbitraria* vocatur; si qua res plures habet peculiare proprietates, quibus potest ab omnibus aliis discerni. Quod si enim aliqua proprietas ad demonstrandum, aut aliqua methodus ad proponendum, est accommodatio ceteris; adhibenda est (praesertim in systemate,) ea proprietas methodusque, unde reliqua facilius deducantur. *Methodi* autem potiores, ad quas viri docti theologiam conformare dogmaticam solent, hae sunt. I) *Analytica* siue *Aristotelis Scholastica*. Ea perusitata, et reliquis (recte ne opinamur?) praeferrenda, auctoribus PETRO LOMBARDO et THOMA AQUINATE, considerat theologiae vniuersae spectatae faciem, quoad *finem*, *subiectum*, et *media*. Nec tamen necesse est in eadem, cuncta singulis in capitibus proponere secundum

genera causarum, ac vocibus omnia metaphysicorum obruere. II) *Catechetica*. Quae num id nomen gerat ab ordine qui in *catechismo* seruatur, aut num inde, quod theologia sermone ac dialogo, quamuis alio ordine, exponitur, multi inter se discrepant. III) *Foederalis*, quae et *Oeconomica* vocatur. Hoc IOHAN. COCCII inuento, theologia, secundum *foedera* Dei cum hominibus, et mutuam vtriusque *conventionem*, *stipulationem* et *restipulationem* nixam, traditur. Ea methodus, si omnia scitu et creditu necessaria exhauriret; deinceps si *foedus GRATIAE diuinae* admitteret *conventionem iuridicam*, *stipulationemque*, et *adstipulationem*, et *restipulationem*; quis fuerit qui eandem repudiaret? Sed quia id longe secus est, istius methodi iuridicae conditione non vitmur. Conf. MICH. FOERTSCH *Contr. Sacr. Disp. V. p. 60.* IIII) *Mathematica*, item, *Scientifica*, *Philosophica*, cet. Hanc ponit CHRISTI. VVOLFIVS *Comment. de Method. Math. §. 2. in Ordine*, cuius initium fit a Definitioni-

thodus nouiter adornata, sed iam olim *Artemonitis* q) haereticis ylitata, (*μαθηματικὴν*, item *scientificam* nominant,) non priuanda erat laude sua, si (quod debebat,) in solo ordine concinno poneretur, ita, vt ea quae ad intelligendum

bus, hinc *Axiomata* et *Postulata*, tandem *Theoremata* et *Problemata*, ubique vero *Corollaria* et *Scholiorum*, si e re visum fuerit, annectuntur. Deinde pergit: adhiberi in hac methodo finitiones rerum, sed notionum *evidentium*: tales, e quibus constet, quo res modo fieri possit: nec illam autem sequi notionem, in superioribus demonstratione non stabilitam, oportere. Atque ita omnino sese res habet. Enimvero, dic sodes, haec num omnia ad theologiam afferri reuelatam possunt? Num in ea obiecti est euidencia? Clarumne in ea, quo mysteria modo, tum *ἐν γένει* illa, tum *ἐν ἀπορίαις*, (IOH. III, 12.) fiant? Num sacrae doctrinae, ex literis potius diuinis, propter auctoritatem Dei, aut num *demonstratione*, e re ac natura sumta, cognoscuntur? V) *Comparatiua* IACOBI GAERDENII. Haec quum omnes sectas in vnam coarctet fidem, *syncretistica* est, viam sternens ad *ἐκδηλοῦν* religionum. Adi FOERTSCH. I. c. *Disp.* II, p. 24. VI) *Historica*, a LIBERIO

DE S. AMORE (IOH. CLERICO) inuenta. Haec ordinem librorum sacrorum sequitur, a creatione huius vniuersi incipit, et, decurrendo per praecipua historiae sacrae momenta, in rebus Christi et Apostolorum gestis persistit. Denique VII) solent etiam adduci: *Practica methodus*, ad fidei et virtutum sanctarum vsum tendens: *Ecclesiastica*, quum missis vocabulis artis, *ὑποκείμενα*, sicut ad publicam sit concionem, traduntur: *Methodus tabulis comprehensa* et plures aliae. Sed vt prior illa theologiam moralem theticae adiungit: ita *duae posteriores* saltem modum *varium proponendi aliquam methodum*, siue *analyticam* siue *aliam*, non ipsam vero methodum, insigniunt. Sed ohe iam satis est

q) *Artemonitae*, saeculi secundi haeretici, sacras doctrinas inuoluebant geometricis EVCLIDIS demonstrationibus, et methodo mathematicae maius, quam sacri codicis religionis, quae ferebat dignitas, pretium statuebant. Vid. EVSEBIUS, *Hist. Eccles.* V, 28, p. 197 seq

dum reliqua conferant, praemittantur, et a philosophorum meditationis propriis et hypotheseis, in theologiam immixtis, abstineatur. Qua opera, superiori ac nostra aetate perfuncti sunt GEO. GVILIEL. LEIBNITIVS, IOH. GVSTAV. REINBECKIVS, ISR. THEO. CANZIVS, et Viri maxime Reuerendi, GEORG. HENR. RIBOVIVS, CHRISTI. AVG. CRVSIVS, IOH. PETR. REVSCH, IAC. CARPOV, IOH. ANDR. BVTTSTET, et plures alii, hanc methodum in multis, prout iuuat, vsurpantes. Sed illud vero quia seculus longe sit a plerisque, coepit et haec methodus (non sua quidem culpa,) faciem theologiae contaminare, et eius naturam affligere. V) Sed ne illa, quae iam a multis de eo sunt disputata, reperamus, saltem in compendio hic afferamus, verum necessariumque rationis ac philosophiae usum in theologia reuelata esse illum, qui sequitur: r) Vt ratio humana aliquam quasi introductionem, seu προλογίαν, quae ad Dei cognitionem, ex natura hauriendam, et ad ostendendam reuelationis diuinæ utilitatem aut necessitatem spectant, praemittat, et contra *Atheos*, *Epicureos*, ac *Gentiles* muniat. Vt *κρίσις* quaedam generaliora proferat, quae in demonstranda veritate religionis Christianae adhiberi, falsa autem quaeque religio, vt *Gentilium*, *Iudaeorum*, *Muhamedanorum*, vna cum prauis haeresium, quae hodie nomen Christi vsurpant, sectis, reici possint. Vt originem errorum et paralogismos aduersariorum detegat, et eludat. Vt regulam doctrinae sacrae, quae non principia propria, sed verbi diuini pronuntiata sunt, sibi proponat ac perpetuo sequatur, et ipsam adeo permissionem the-

r) Conf. STEPH. GAUSSENI *Diff. Theol. IIII, de Utili. Philos. in Theol. p. 295.* Ex nostris eleganter de eo differuit MVSÆVS, de *Vsu Princip. Rat. et*

Philosoph. in Controu. Theol. p. 40 seq. et S. Reuer. Vir, D. CHRIST. GOTTL. IOECHE-
RVS, in libro *Philosophia hae-
resum obex*, p. 35 seq.

theologiae cum philosophia reprehendar, et illa quae de-
dir damna, refarciat. Ut conferat theologicas finitiones
cum iis quae apud philosophos extant, et consideret v-
træ imperfectiores sint, viræ meliores. Denique, vt im-
pediat logomachias, et dialecticam subinde regulasque
grammaticas in literarum sacrarum interpretatione adhi-
beat. s) Hic est ille vsus philosophiae, per se parum te-
nuis, atque eiusmodi, vt sine eo theologus mensuram hu-
ius amplissimi nominis explere non possit

VIII

AT ENIM VERO, commissionis philosophiae et the-
ologiae reuelatae longe alia est ratio. De qua antequam
exponi possit, denuo repetendum est, qua significatione
tum *philosophiae* tum *theologiae reuelatae* notiones sint vsur-
pandæ. Nimirum, *philosophiae* vocabulo (quod iam di-
ctum est,) indicari solet cognitio solida veritatum, quas
homo, ex lumine rectæ rationis et viribus naturæ, ita,
vt ad superius quoddam principium siue ad reuelationem
praeternaturalem non respiciat, de Deo, ac rebus diui-
nis, et omnibus quae ad felicitatem pertinent humanam,
intelligit, ac de illis indicat. *Theologia vero reuelata* est
cognitio solida veritatum diuinarum, quas homo, ex lu-
mine diuiniore doctrinae et viribus a Spiritu Sancto datis,
de Deo Trinuno, et gratia diuina, et omnibus mediis gra-
tiae,

s) Fanatici, ipsi alogi, etiam v-
sum rationis nullum esse in
theologia reuelata, ineptiunt.
Aduerfus illos nervosè disseru-
it IOH. LOCKIUS, de *Intell.*
Hum. III, 19, p. 810-922. Ad
hanc classẽ etiam pertinet AV-
CTOR ANONYMVS, Anglus,

Deista fanaticus: cuius librum,
Christianismum non fundatum
argumentis, solide confutavit
IOH. LELAND, in *Historia*
praecipuor. libror. a Deistis scri-
ptor. (ed. German. Schmidii)
Epist. X. p. 286-325

tiae, ad felicitatem aeternam ferentibus, cognoscit, atque appetit. His igitur explicatis, quum indoles vtriusque doctrinae longe alia sit ac diuersa, totoque inter se caelo distet, inde intelligi potest, *Commissionem* siue Συγκρίσιμον philosophiae et theologiae reuelatae t) in iis poni, quae sequuntur. Si qui molem et σύνθεσιν componunt ex placitis philosophicis, ad quod veritates caelestes, velint nolint; tamen applicant transferuntque. Si qui ex philosophia et ratione, tanquam principio iusto, deducunt conclusiones doctrinae fidei, atque theologicas. Si qui capita fidei (articulos puros,) argumentatione philosophica inuoluunt, et hoc nominant a priori demonstrare; addita tandem, quasi ex abundantia et a posteriori, quaecunque e literis sacris probatione. Si qui locos scripturae sacrae, in quibus de

i) *Syncretismi* vox descendit ἀπό τῆς Κρητῆς. Creta est insula medio Ponto, ab urbium numero Ευκράτειος HOMERO dicta. Συγκρίσιμος autem est mores Cretensem imitari. Erant vero Creteneses malis profligatisque moribus. TIT. I. 12. Legi poterunt PHOTIVS *Biblioth. Cod. CXG.* p. 484, et commentatores ad CALLIMACHI *Hymn. in Iouem*. Erant praeterea diuersa religione: alii Gentium, alii Iudaeorum, alii sed pauci Christi placita amplectebantur. In hac igitur religionum diuersitate, non poterant non graues lites, dissidia, et seditiones oriri: quas tamen omnes, si eos hostis inuaserat externus, tollebant statim, et iunctis viribus suam liberta-

tem tuebantur. Istam coniunctionem nominabant Συγκρίσιμον, *Syncretismum*: ut PLUTARCHVS est auctor libro περὶ ἀσθενείας, Opp. T. II, p. 450.

Sequiori aetate hoc vocabulum, a re militari, ad studia doctorum, sententias inter se diuersas conciliantium, translatum est. Quid tristius, recodatione syncretismi, inter Lutheranos, Calvinianos, et Pontificios tentati? Aut quem fingit, syncretismum a multis periclitatum esse inter tot litigantes philosophorum sectas, quas inter non magis, quam inter horologia, conuenire potest? Nos itaque, hac muniti auctoritate, illam vocem ad institutum nostrum translatus

mysteriis Christianae religionis exponitur, tamdiu torquent, donec captui humanae sapientiae sint accommodati, et nihil amplius *μυστηριώδες* relinquant. Si qui miracula Dei et Christi, ad naturales causas, euentorumque naturalium modum, reuocant contortis interpretamentis. Si qui in codicis sacri interpretatione, prope singula verba definiunt ex philosophiae, cui nomen dederunt suum, compendiis, et omnia ad dialecticam atque metaphysicam exigunt subtilitatem. Si qui philosophorum apud quos haerent, rationes, dubitationes, et quaestiones praeceptis Christianae theologiae permiscent, et nihil in theologia dici nec statui posse arbitrantur, nisi quod rationibus naturalibus fit corroboratum. Si qui, post diu meditata de rebus physicis, moralibus, astronomicis, aliisque, consilia, sacros libros euoluunt, et viam modumque comminiscuntur, qua vtraque inter sese coniungantur. - - Haec est illa temeraria et vana sacrorum dogmatum et philosophicarum sententiarum conciliatio! Hae illae lucis diuinæ tenebrarumque humanarum simulatae induciae sunt! Haec dolosa illa est pax et concordia, quae cum diuinæ veritatis, puritatis, et integritatis magno detrimento exsurgit! Hoc illud verissimum est indicium eorum, qui *cum ratione insanire* iudicantur

S E C T I O I I I
R A T I O N E S A T Q V E C A V S S A S R E M O V E N S
Q V A E P H I L O S O P H I A E E T T H E O L O G I A E
C O M M I S T I O N E M S V A D E R E V I D E
A N T V R

Σ Τ Ν Ο Ψ Ι Σ

X Obiectio prima, *veritatem aduersari veritati non posse;*
et:

et: idem esse verum in theologia ac philosophia; haec limitatur, et remouetur

et: quaedam theologiae, non nisi ex philosophia demonstrata, non conceditur

XI. Exceptio secunda, aduersariis contra reuelationem philosophice disputantibus, philosophice esse ex reuelatione occurrendum, negatur

XIII. Obiectio quarta, argumenta librorum sacrorum, philosophicis insuper rationibus aucta et confirmata, fieri firmiora, ob multas iniquitates redarguitur

XII. Exceptio tertia, esse *δὲ γὰρ*

X

PHILOSOPHIAE et theologiae reuelatae commissionem, num fortasse illa grauis dictuque speciosa obiectatio requirer, quum *veritas dicitur veritati non aduersari?* et illa altera, quando *in philosophia nihil esse verum obuertitur posse, quod falsum sit in theologia?* Quis negauerit, notitiam summi Numinis, quae naturae est nostrae rationique inscripta, veram ac certam esse? Quis non deduceretur in hanc sententiam, posse illam sine periculo et errore vilo, reuelatae theologiae, verae et ipsi ac certissimae, immisceri

SENTENTIAS loquentem audimus, ingeniosas quidem, sed parum inter se connexas, ac tales, in quibus non nihil veritatis videtur inesse, sed vnde tamen colligitur perperam. Reuelatio (inquit,) quaedam et ipsa est, philosophica theologia: haec Deum habet auctorem: in ea considerantur res quae sunt, ita vt sunt: considerantur illae, duce recta ratione: quapropter vera et certa est doctrina vtraque: et sine suspitione errandi philosophia immisceri poterit theologiae. His acute dictis quid impedit quominus adiiciamus *σοφῶς, ἀγαθῶς, καλῶς* atque respondeamus, tantum abesse, vt sit, qui negauerit *metaphysicam* vtrinque *veritatem* deprehendi, vt magno potius consensu

fateamur, commenta secus putantium et improbanda esse et reiicienda. Enimuero, iidem etiam excipimus, *partim* esse in capite quaestionis, quae clarius exponi debeant; *partim* nullo modo; hinc sequi, vtramque theologiam aut posse in vnam coalescere, aut debere. Dubio quidem caret id, si stricte loquimur, non nisi vnam veritatem esse, et ideo omnem pugnam quae dicitur inter lumen vtrumque, rationis et reuelationis, ardescere, non nisi opinione constare. Nihilominus tamen *certo* etiam *sensu* affirmari debet cum diuo LVTHERO, *u)* non *ubiuis* idem in theologia et philosophia *ve-*

u) Magnus LVTHERVVS, in Disser-
t. Num haec propositio sit vera in philosophia: Verbum caro factum est? disertè eloquitur contra Sorbonam, non idem est verum in philosophia et theologia, contrariamque sententiam velut impiam damnat. Vide Opp. Latin. lxx. T. I. f. 567. thes. 4, 5, 6, 8, 16. Sed, haec formula quidem loquendi, non autem mens LVTHERI quae in ea latet, deferenda est. Neque enim id voluit vir singulariter in sacris literis illustratus, quod ei PETR. BAYLIUS imputat, *Diction. Hist. et Crit. T. III. Art. Luther. Not. kk*, ac si dixisset: Les mêmes dogmes, qui paroissent faux et impossibles, quand on n'en juge, que par les lumières naturelles, sont vrais et certains, quand on en juge par les lumières de la parole de Dieu. Nam haec sunt nimis vage nec caute exposita. Sed ambiguitas verborum LV-

THERI posita est in voce *veri*, cuius diuersa methodus cognoscendi, quemadmodum in hac Paragr. exposuimus, obseruanda est. Ipsa enim sententia viri summi est haec: *Multa valent in philosophia, quae in theologia non valent.* Atque huius de indole ac veritate thesios egit S. Reu. CHRISTI. AVG. CRYSIVS, in *Disquisition. an cum B. Lutero recte negari possit, idem verum esse in philosophia atque theologia?* Add. S. R. HEVMANNI *Act. Philos. T. X. Sect. III*, quae inferibitur *Iudicium Lutheri de de philosophia*. Quodsi autem errasset vir incomparabilis, (quod tamen minime concedimus,) facile hoc ignosci posset non ignaro, vt omni tempore se hostiliter gessit philosophia aduersus theologiam reuelatam; et agnoscanti errores philosophiae Aristotelio Scholasticae, theologiae perniciosos

verum esse, id est valere. Atque haec formula ab usu loquendi non omnino abhorret.

CONTROVERSIA haec est. Num idem ubique in theologia et philosophia verum sit, siue valeat? De hac quaestione ut partite ac distincte dicamus, sciendum est, veritatem duobus modis considerari. Primo, hoc modo, quum veritas dicitur natura ipsa rerum, in quantum vel ad intellectum diuinum, vel ad alium quemcunque, refertur. Deinde ita etiam veritas spectatur, ut sit cognitio veri, quatenus inest subiecto cogitanti. Clarius dicam. Obiectiuam siue metaphysicam, et subiectiuam veritatem, scholae philosophicae appellare solent. Iam quod ad veritatem attinet obiectiuam siue metaphysicam, ea necessario non nisi vna est. Nam alioquin sequeretur, idem et esse et non esse, quod repugnat. Deinceps, quia fons veritatis in diuino intellectu est quaerendus; quicquid est verum, id falsum simul esse non potest propterea, quod alias repugnantia inesse intellectui diuino fingerentur. Redit igitur in decidenda hac lite omnis res et causa ad subiectiuam veritatem. Atque haec aliter esse non potest, nisi ea lege, ut criteria veritatis metaphysicae contineat, e quibus constet, quando cogitationes cum obiectis conueniant. His itaque antemissis, disseritur in hunc modum: x) Annon intellectui nostro, eiusmodi criteria veri inesse possint, quae, dum ad obiecta philosophiae applicantur, verum metaphysicum doceant; sed, dum theologiam afferuntur, vim suam amittant. idque et ipsum pariter, secundum criteria veritatis summa, quae in nostro intellectu deprehenduntur? Fateor equidem, hanc quaestionem nihil in sese continere, quod repugnet, largeque igitur concedendam esse; ac praeterea inde colligendum, verum esse posse in philosophia, quod in theologia non valet, nec admitti potest

D 3

EST

x) Conf. S. R. CRVSII *Disqui.* sit. modo laud. §. VII, p. 12

EST AVTEM paullo curatius explicandum, quam lege et conditione aliquid tolerari non possit in theologia, quod recte in philosophicis adhibeatur? et contrarium eodem modo. Breuitate commoti, tria saltem momenta adducemus. I) Fieri potest, esse quaedam principia, a quibus aliquando discedendi occurrat necessitas. Id quum vltima careat dubitatione, fieri etiam poterit, esse principia, vbi necessitas faciendae vel exceptionis vel restrictionis oriatur a religione reuelata, rationi superaddita. Itaque esse possunt quaedam principia, quae in philosophia docent verum, et transferuntur ad res et placita, quae ibi sunt, sine errore; sed, quae nihilo secius, dum ad reuelatam religionem referuntur, nec possunt habere locum, nec debent. Sunt ergo nonnulla principia, quae in philosophicis veritatem docent, sed quae in theologia alicubi ad errorem deducunt. Fac personas esse tres, a se diuersas; hae in vno eodemque loco esse non possunt. Cogita Personas tres S. Deitatis, quae omnino a se inuicem *realiter* differunt: at hae in vno eodemque loco praesentes adsunt. 10 H. XVIII, 23. Fac vnum idemque corpus: id in locis duobus simul esse non potest. Cogita corpus et sanguinem Christi in S. coena: id in pluribus locis simul esse potest. y) II) Iubetur in philosophia, fieri non posse id, quod nec cogitari nec comprehendi possit. Atque illud haut male quidem. Sed non pauca etiam in numerum *ἀδυνάτων* referuntur, quae cogitari saltem *a nobis* non possunt. In quo tamen vehementer erratur. Quasi enim intellectui *diuino* infinita alia non inessent, quae *nostro* inesse intellectui nequeant. Si igitur Deus in reuelatione nobis aperuit, quae nostro ab intellectu capi non possunt, tum et acquiescendum est in testimonio Dei, fallere nescientis, et clare etiam

y) Nempe actu *personaliter*, tanquam corpus cum hypostasi Filii Dei

vnitum. Leg. MEISNER *Philos. Sobr. P. I.*, p. 707

iam constat, cogitari aliquid non posse in philosophicis, et nobis videri repugnare, quod tamen in theologia verum est. Cogita naturam humanam in indiuiduo quodam, vt in Caesare Augusto: haec, persona est. Pone autem naturam Christi humanam: haec indiuiduum quidem, LVC. I, 35, sed non persona est. HEBR. II, 16. 2) III) Affirmatur in philosophiis, non esse caussis supernaturalibus adscribendum partim id, quod non perspicitur quare a naturalibus caussis oriri non possit, partim illud, quod ex caussis naturalibus vt possibile potest cogitari. Sed haec *Dei* parum et ipsa valet in theologia. In hac enim interdum debet omnino tribui causae supernaturali, quod parum quidem videmus quare a naturali causa non oriatur; immo vero, quod etiam cogitare possemus tanquam eiusmodi, quod fieri causa naturali pulchre possit. Illustrabo haec aliquanto ex instituto. Nempe ad emendandum atque mutandum hominem, sufficiunt in philosophia argumenta quibus vtitur doctrina morum, nec ad supernaturalem est causam confugiendum. Sed ad illuminandum conuertendumque hominem, in theologia non sufficiunt *argumenta verbo diuino insita*: sed opus est *concurso supernaturali gratiae Spiritus Sancti*, intrinsecus cum hoc verbo coniunctae. Perperam itaque colligeretur in hunc modum: Si doctrinae philosophicae assentiri, et illa permoueri possumus ad emendationem, sine auxilio supernaturali; cur non etiam ad fidem et obsequium erga verbum Dei, absque causa eiusmodi? Haec enim sumtio bene hiulca est. Quaesumus, num interna conditio mentis nostrae nobis plane

2) Si humana Christi natura persona esset, geminus foret mediator, nec is *semen Abrahami* *indignus*, sed ipsum *Abrahamum*, repugnante. FA V L L O ad Hebr. II, 16. Quid, quod

non tres personae in Deitate forent, sed quatuor? Conf. MART. CHEMNIT. *de duabus Nat. in Christo*, Cap. I, p. 2. (b) et V, p. 27 (b)

plane reclusa est? Nullo modo, sed haec noscitur ex re-
velatione Dei. Constat autem ex ea, esse in homine *adver-*
plum animi ac mentis ad fidem et obsequium verbo Dei prae-
standum. *I COR. II, 14. EPH. V, 14. PHIL. II, 13.* Nam simul
atque editi in lucem sumus, in omni continuo prauitate,
et in summa opinionum perversitate versamur, ut cum la-
cte nutricis errorem suxisse videamur. *ps. LI, 7. a.* Quare
non profecto fingitur temere in mutatione hominis *πνευ-*
ματις, virtus supernaturalis, quae verbo Dei intrinsecus
et per naturam continetur.

ALIA, praeter haec, exempla addi possent, e quibus
constaret, *non ubiuis in theologia et philosophia valere idem.*
Sed iam ex his dictis rei veritas patet, remotaque simul
caussa est atque ratio, quae iubeat philosophiam, tanquam
fundamentum, in theologiae reuelatae sacrario adhibere.

XI

ALIUD obuertunt, qui plus iusto extollunt philoso-
phiam, dubium, minorem tamen, superiore, veri speciem
tenens. Quum enim hostes veritatis, praecipue nostro
saeculo, arma capiant aduersus reuelationem, in primis
ex ratione depromta; (quis enim nescit *Naturalistarum*,
Antiscripturariorum, *Socinianorum*, et *Arminianorum* do-

a) Aliud exemplum apposuit S.
REN. CRYSIVS *Diff. cit. §. XX,*
p. 23. Nempe eorum, qui di-
cunt, plebeium esse, inter
causas scelerum numerare Di-
abolorum *incedis*. satis enim
stultitiae haberi in animis ho-
minum perditorum, ad red-
dendam rationem turpiter et
nefarie factorum. Sed illa for-

te, si reuelatione diuina care-
remus, longe rectius diceren-
tur. Postquam vero didicimus
malos Spiritus ex libris sacris
certo cognoscere, causas sce-
lerum non multiplicamus ad-
uersus necessitatem, si causis
mali, sensui obuiis, aliam caus-
sam sensibus non subiectam ad-
iungimus.

los?) ergo illi existimant, *adversariis, contra revelationem philosophice insurgentibus, itidem philosophice, et ex revelatione quidem, obuiam esse eundum*, indeque colligunt, plurimum iuuare, si philosophia theologiae reuelatae immisceatur. Itaque fieri solet, ut in literarum sacrarum interpretatione, et in *ἐκκλῃα* fidei vindicanda, *θῆσει* insurgant metaphysicis, postulatibusque eiusmodi, quae ad formulam philosophi cuius sectae adhaerent, facta, *profunde et solide* omnia (ita enim loquuntur,) illustrare, *demonstrareque* videantur.

ET LAudem quidem omnino meretur industria eorum, qui theologiam addiscentes, philosophiae etiam studia, tanquam beneficium Dei non contemnunt. Inprimis nostra aetate, theologicum et sacrum munus, cum utilitate fructuque non tenui administrari potest ab eo, qui occasionem philosophiae excolendae non neglexit. Utilitas quidem illius studii non est haec, ut homines per philosophiam ad Deum conuertantur, aut ut verbo Dei aliqua virtus maior inde concilietur: sed potius hic est fructus commendabilis istius industriae, ut veritatis hostes pluribus armis oppugnari, proprio nonnunquam gladio iugulari, *b)* et veritas, quantum fieri potest, defendi queat. Interim ista omnia necessitatem quidem ostendunt cognoscendae

E

ho-

b) Pluribus actum est de fructu et utilitate philosophiae, *S. VIII, p. 19 f.* Inprimis ecclesiae Patribus vitio datum est a CLE-
RICO, SIMONIO, aliisque, quod in disputationibus cum philosophis, potius rhetorum quam philosophorum more, egerunt. IUSTINUM MARTYREM ad tribunal dialecticum vocavit GYNDLING, Ob-

serv. T. II, Obs. 7 et 9, p. 89 et 170. AC IRENAEVM postulavit PHOTIVS in *Myriobiblo*, eumque accusavit *ὡς δὲ τὸν λογισμὸν*. Eiusmodi actionem vel ipsius TERTULLIANI libro de *Praescriptionib. Haereticor.* intendit DV PINVS. Et pertinet huc, instar omnium, *S. Rev. IOECHERI Philosophia Haeres. Obex*

hodie philosophiae, sed minime, eam literis diuinis esse ingerendam, aut vtramque doctrinam inter sese commiscendam. Nam videamus modo de genere aduersariorum, qui philosophice insurgunt contra reuelationem. Horum *alii* reuelationis sunt ofores: *alii* autem diuinitatem literarum sacrarum largiuntur. Neutri ita sunt conuincendi, vt philosophiam sacro immiscere codici suscipiamus. Nam *primo*, qui vniuersae reuelationis ofores sunt, hi argumentis tantum externis, a miseria generis humani, a deficientia virium Deum sibi placandi, a necessitate reuelationis, aliisque eiusmodi, ductis, perducendi sunt ad reuelationem. Praeterea indiciis, tum externis fide probabili, tum internis atque iis quae diuinam efficiunt certitudinem, ostendendum est, scripturam sacram, *θεοννευσον*, ac perfectam fidei et morum esse regulam. Vtrumque autem nec potest nec debet institui, philosophicis rationibus in sacrum codicem *illatis*, sed argumentis ex historia, ab euentu vaticiniorum, a mysteriorum sublimitate, adeoque ex ipso diuino libro *c)* desumptis. Atque in eo vix erit facile, qui dissentiet. *Secundo*, qui diuinitatem literarum sacrarum concedunt, sed aut affirmant cum LVD. MEIERO, *d)* HENRIC. HVLSTIO, *e)* atque reliquis, eas ex philosophia et ratione explicandas esse; aut qui dubia proferunt philosophica aduersus capita quaedam: iis pariter obuiam non est eundum ita, vt philosophiae cum reuelata theologia commistio oriatur. Nam qui illud agunt, (I) literis sacris affingunt notiones, a mente illarum alienas. Si quis *πιστω eis* *Οεδ* HEBR. XI, *1* describit ex triobolari aliqua dialectica, per

c) Conf. Magnif. et S. Reu. Viri, IOH. GOTTL. CARPZOVII, *Critic. Sacr. Cap. II, §. 7, p. 72-84.* Add. NATHAN. LARDNERI libr. *de fide Hist. Euangel. Praefat. et Intro-*

duct.

d) Exercit. Paradox. de Philos. scripturae Interpr. Vid. LOESCHER. Praenot. Theol. p. 222

e) De principio credendi, Lib. II, p. 25

per assensum, quem verbo praebeamus diuino propter auctoritatem pronuntiantis. Aut si quis λογικὴν λατρείαν ROM. XII, 1, et λογικὴν γάλα I PETR. II, 2, interpretatur ex philosophicis, quemadmodum CHRISTI VVOLFIVS in metaphysica f) fecit. Vae tibi, Paulle et Petre, si aliter cepistis verba! (II) Qui vtramque doctrinam inter se confundunt, hi rationem principium credendi, et fundamentum religionis faciunt cum HERM. ALEX. ROELLIO, g) IOH. VAN DER VVAYEN, h) et aliis qui in Belgio *rationales Theologi* nominabantur. Quo ipso μετάβασις εἰς ἄλλο γένος parant, *Christianismum* procudunt *naturalem*, quem vocat TERTVLLIANVS i) *dialecticum*, ac male putant, valere per omnia in theologia, quae recte in philosophia docentur. (III) Omni autem hoc auso molimineque nunquam efficiunt, vt contendantur aduersarii, aut iis lingua ocludatur. Isti enim (nam illis etiam ipse est nasus,) parum timent formulariam philosophandi subtilitatem, sed laudant, et exoptant vt tales secum disputatores congregiantur, quo rimam elabendi, secandi, excipiendi, quod fit

E 2

in

- f) *Vernünfftige Ged. von Gott, u. der Seele* cet. Cap. III, § 380, p. 232. Est autem λατρεία λογική, cultus diuinus, qui cum λόγῳ Θεοῦ verbo Dei conuenit. Nec amplius bruta ἄλογα Deo offerantur, sed Deus λόγῳ ἀνιμῷ et vere colitur. IOH. III, 23
- g) *Dissert. de Relig. rationali*. Vltrai. 1713. In hac Diss. docet ROELLIVS, rationem esse fundamentum religionis, et diiudicare diuinitatem mysteriorum, quin ipsam fidem ratione nisi oportere. Huic errori ROELLIVS alium debuit de

generatione Filii Dei metaphorica, vt est apud SPANHEM, *Elench. Controu.* p. 288, et alios

- h) *De vera et genuin. Reform. sentent. contra* LVD. VVOLZOGEN. Amst. 1669

i) *De Praescript. Haeret. Cap. VII.* p. 40 ed. CAR. MOREAV. *Nostra institutio*, inquit, *de porticu Salomonis est, qui et ipse tradiderat, Dominum in simplicitate cordis esse quaerendum. Viderint, qui Stoicum et Platonicum et DIALECTICVM CHRISTIANISMVM protulerunt*

in philosophicis, reperiant. Et sane nihil etiam huc usque profuisse eiusmodi differendi sagacitatem, e contrario autem multa errorum et imperitiae alimenta inde promanasse, illud maxime apertum est. Et qui aliter posset, quando ut libitum est adhibentur voces in rebus fidei, quae iam late, iam arctius, modo proprie, modo improprie, sicut placet, usurpantur? Nonne hoc exploratum est *συνκρητισμὸς* syncretistarum, quo admissio, cum defendendae studium veritatis, tum omnis theologia, evertitur

XII

NEC ULLO modo se tueri potest, quod quidam volunt, esse aliquot capita fidei, quorum iusta demonstratio non hauriatur e sacris literis, sed quae ex philosophicis praemitenda, ac transferenda sint in doctrinam caelestem. Quapropter sibi videntur recte colligere, licere sapientiam humanam cum diuina ita coniungere, ut haec illi immisceatur

SED lubrica et haec sunt, parumque apta, nec eiusmodi, ut vel animus satis pateat ita loquentium, vel causa inde constet legitima ac ius pravae *συνμίσγεως*. Experiri enim liceat ab his defensoribus, primo, quid sibi velint quum disputent, aliquid clare non demonstrari ex sacris literis? deinde, quanam ista sint fidei capita, quae euinci haur possent? Iam quod ad prius attinet, si excipiunt, esse nonnulla, quae *ἐν τῷ* non extent in literis sacris; nos id minime negamus, sed obuertimus simul, huic sententiae GONTIERII, VERONII, VALENBVRCHIORVM, qui methodum urgebant Augustinianam, dudum a multis *h*) satisfactum. Quae igitur deducuntur rite et arguuntur ex locis aliquibus, horum iustam tamen quis neget argumentatio-

h) Conf. B. NEVMANNI Diss. de method. Augustin. contra Walen-

burch. EVDDEI *Hag. ad Theol. T. II, c. 7, p. 117 sq*

tionem institutam esse? Ita caput, ut eo utar, de mortuorum resurrectione, non legitur clare EXOD. III, 6: et tamen Saluator hoc ex loco euicit *δὲ ὅσα* apud MATTH. XXII, 29. MARC. XII, 27. Ad quaestionem autem *posteriorem* isti philosophi opinantur, incassum quaeri in diuino codice *demonstrationem existentiae Dei*, veritatem primam ac necessariam: quam quum apertius non constare, quam ipsa ex ratione, putant, inde colligunt iustum esse, si ratio cum reuelatione commisceatur. Quod igitur ad hanc attinet obiectionem, a vero quidem non abest, Moſen, scriptorem et primum et Θεόπνευστον, existentiam Dei, tanquam rem certam et exploratam, ante constituisse sub initium *Genesios* I, 2. Nam, ut Θεός τις et ἐγὼν Θεός, plane conuictus erat de hac veritate. Nec ipse Deus sapientissimus pronuntiare his verbis voluit: *ante omnia scitote, acuti philosophi, qui haec legere dignamini, memet esse*. Nam quis dubitat, esse eum, qui re et opere creat caelum et terram? Et nonne videbatur indignum Numine summo, syllogismis euincere existentiam suam apud hos, qui vitam et omnia beneficia debent eius misericordiae? IOB. X, 12. ACT. XVII, 28. Praeterea vero, nos minime contemnimus argumenta, quae de vario genere in hoc capite desumuntur: ut quae de conscientia, aut de metaphysicis arcessuntur; aut quae ex physicis a FRANC. SALIGNAC DE LA MOTTE FENELON, l) G VILDERHAMO, m) BERNARDO NIEUVVEN-
TYT, n) aut ex omni historia a IAC. L' ABBADIE, o) et nu-
E 3 per-

- l) Libro, *Demonstration de l'Existence de Dieu, tirée de la Connoissance de la Nature* Amst. 1713. Hic liber etiam in germanicum est idioma conuersus a I. A. FABRICIO, Hamb. 1714
m) *Theologie Physique, ou Demonstration de l'Existence de Dieu,*

cet. Roter. 1726. Etiam huius libri conuersionem magno FABRICIO debemus. Cuius addendus *Delect. Argum. et Syllab. Script.* cet. Cap. VII, p. 287 seq
n) *L'Existence de Dieu, démontrée par les Merveilles de la Nature.* Amst. 1724

perrime ab HERM. SAM. REIMARO, *p*) magno literarii orbis ornamento, aliisque, adducuntur. Interim non leuia tamen sunt, quae secus purantibus obmoueamus. I) Negamus, existentiam Dei in literis sacris clare demonstratam non esse. Nam, cum ex nomine τετραγεαμμάτα ΠΠΠ EXOD. III, 14. VI, 2. 3. XV, 3, cet.; tum ex locis IES. XXXXIII, 6, APOC. I, 8, XXI, 6, in quibus Deus nominatur τὸ Ἄλφα, Ἀρχὴ καὶ ὁ Ὄν, *primus, principium, et QUI* EXISTIT; item ex IOH. V, 26 quo legitur ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ abunde patet existentia Dei, et ipsa adeo causa, quam Deus in se habet, existentiae. II) Aperre negamus, existentiam Dei quem sacrae literae nos docent, ex ratione demonstrari posse. Existentiam quidem *essentiae* Dei docet ratio, non autem *trium personarum*. MATTH. XVI, 17. XI, 27. Haec fuit mens diui LVTHERI, *q*) falsi, se conuinci non potuisse ex lumine naturae, de existentia Dei. Quapropter etiam Gentiles, qui instinctu et suasu naturae Deum cognoscunt, nominantur ἐκ εἰδότες Θεόν GAL. III, 8, αἱ θεοὶ ἐν τῷ κόσμῳ EPH. II, 12. III) Fac autem, existentiam Dei, horatu cum rationis, tum reuelationis cognosci posse, id tamen dubio carer, quemadmodum omnes *articuli mixti* requirunt τὸ πισθόν, (neque enim sufficit *scire*, sed *credere*. IOH. XX, 31;) ita etiam caput de existentia Dei in theologia reuelata, non demonstrari ex philosophia, sed auctoritate codicis sacri *credi* oportet. ΠΙΣΤΕΥΕΣΑΙ γὰρ δὲ τὸν προτερχόμενον τῷ Θεῷ, ΟΤΙ ΕΣΤΙ. CREDENDVM enim est ei, *r*) qui ad Deum accedat, DEVM ESSE. HEBR. XI, 6. Ex hic denuo constat, idoneam non esse causam, sed rem plane

o) Lib. de Verit. Relig. Christ. T. I. Sect. 2, p. 152 sq

p) Eximius est liber: Die vornehmsten Wahrheiten der natürlichen Religion. Hamb. 1754

q) In Colloqu. Mensalib. p. 25. ed. Dresd. et passim alibi in Operibus

r) Nempe fides requiritur, quae ἐκ πίστεως et ἀγάπης habet. Id est,

plane reprehendam eorum, qui philosophica commi-
scent theologicis

XIII

SVNT denique, qui affirmant, theologiam reuelatam
nostra aetate longe aliam formam, nempe elegantiorē
quam olim, esse nactam. Nam illis priscis et simplicibus
saeculis, soli tantummodo reuelationi, quasi vnico funda-
mento, theologiam superstructam fuisse, et antiquos ec-
clesiae doctores, exemplum Christi et Apostolorum se-
quentes, ad *Mosen* et *Prophetas* vnice delegasse. I. V. C. XVI, 29
EPH. II, 20. At enim vero, haec illa vetera et casca institu-
ta hodie praeeruisse, nouitatique splendore fulgere o-
mnia. Nam secundum eam formam, quam hodie nacta
sit theologia reuelata, *duplici* eam *fundamento*, *rationi*
et reuelationi, superstrui, adeoque aliter esse non pos-
se, quam vt *principia rationis* theologiae reuelatae im-
misceantur. Horum dictis nonnulli adiiciunt etiam hanc
commistionis defensionem, nempe *argumenta sacri codicis*,
rationibus philosophicis innixa, *maiorē certitudinem prae se*
ferre, et *se facilius in animos hominum, praecipue eruditorum,*
insinuare

HIC nigrae loliginis succus est, haec est aerugo mera
PHOTINIANORVM, f) ARMINII t) ac SOCINI u) assecla-
rum. Haec asserta tam dura sunt, vt, ne a REFORMATIS
quidem doctoribus, etsi *re* saepius ita insintuant, *verbis* ta-
men

quae comprehendit fiduciam,
Deum *existere* vt meum Deum,
et quae cum interna Spiritus
Sancti *conuictione* coniuncta
est: nam Spiritus S. *in* *mundum*
Ioh. XVII, 8

f) Conf. Ioh. HIMMELII Ma-
tcol. Photin. Diff. 2 de ratione

et Script. S. §. 5, p. 25

t) SIM. EPISCOPII *Instit. Theo-*
ol. III, 16, p. 264 seq. PHIL. A
LIMBORCH, *Theol. Christ. I,*
12, §. 4 et 5 sq. p. 42

u) *Cateches. Racou. Sect. I de Script.*
S. c. 2, p. 7, et c. 3, p. 9, ed. re-
cognitae

men adeo clare non exprimantur. Quare si qui e Lutheranis vere ita sentirent, censuram mererentur, sed admonitionem, quando saltem *incautus*, nec ad formam *ὁντων λόγων*, x) sic loquerentur. Si quid enim est, quod e diametro repugnat perfectioni atque integritati literarum sacrarum, 10 H. XX, 31, 2 TIM. III, 16, id certe ipsum est, si ratio defenditur fundamentum esse, cui theologia reuelata innitatur. Atque nos quidem iam supra infirmati non sumus, nunc autem repetimus iterum, et aduersus 10 H. BRAVNIVM y) serio monemus, *vsu* rationis, tanquam *instru-*

x) CORPVS DOCTRINAE IV-
LIVM, pag. I, §. 2: Er ist aber
EIN EINIGER gewisser
GRUND, davon Paulus schreibt
1 Cor. III: Einen andern
Grund kan niemand legen,
ausser dem der geleyet ist, wel-
cher ist Jesus Christus. Denn
diesen giebt der Vater vom Him-
mel Zeugnis, Hunc audite. Die-
sen solt ihr hören. Deut. XVIII,
Matth. XVII. Und Paulus Eph.
II gebet näher in specie, nehm-
lich daß die wahre Kirche Got-
tes aufserbauet müste werden,
seyn, und bleiben, (ergo et-
iam secundum eam formam,
quam hodie nanciscitur theo-
logia, unico fundamento, nem-
pe reuelationi, superstrui de-
bet.) auf den Grund der Apo-
stel und Propheten, da Jesus
Christus der Eckstein ist. Ist
derohalben die einige reine heil-
same Lehre, welche Gott selbst
in seinen Heil. Wort geoffen-

babret hat, wie dasselbe in den
Biblischen, Prophetischen und
Apostolischen Schriften A. und
N. T. durch Mosen, die Pro-
pheten, Evangelisten und Apo-
steln verfaßt ist. Denn die rechte
Religion der wahren Kirche
Gottes STEHET NICHT AUF
EINIGEN GUTDÜNCKEN
MENSCHLICHER VER-
NUNFT UND KLUGHEIT.
1 Cor. II. (id est: theologia
reuelata, fundamento ratio-
nis superstrui non debet.) Auch
nicht darauf, was GROSSE
LEUTE (id est: theologi ra-
tionales,) fürgeben und setzen,
das etwan lange Zeit geuehret
hat, Matth. V. Jes. XXVIII. E-
zech. XX. Sondern allein dar-
auf, was des Herrn Mund ge-
redet und geoffenbabret hat, Jes. I.
Job. I. Solche Lehre aber ---
hat Gott schriftlich verfassen
lassen -- auf daß die Kirche zu
ALLEN ZEITEN (ergo et-

instrumenti, in opere exegetico et theologia reuelata ne-
tquam nullum esse. Est enim ratio, facultas, *cuius ope* co-
gnoscamus, et omnia connexa iudicamus. Haec si collu-
stratur luce Spiritus Sancti, et emendatur, eximiam prae-
stat vtilitatem in interpretatione literarum sacrarum. Qua-
re ab ipso Christo et Apostolis iubemur *νοεῖν, διανοεῖν*,
λογίζεσθαι. MATTH. XXIII, 15. 2 COR. II, 13. X, 11. Et prae-
stantissima suppeditat ratio adiumenta per philosophiam,
artem grammaticam, criticamque. Attamen ille vsus in-
strumenti necessarii, propter imperfectionem sibi adhae-
rentem, propterque procliuatatem ad errandum, (1 COR.
XIII, 9. 1A C. III, 2,) *fundamentum* theologiae reuelatae (nam
id perfectum, immotum, et infallibile sit oportet,) haberi
nequit, sed πᾶν νόημα nostrum, *omnis ratio*, et *omne iudici-
um* ad obediendum Iesu Christo cogendum est. 2 COR. X, 5.
2) Diserte enim docent sacrae literae, fundamentum theo-
logiae

F

iam nostro tempore,) *haben
möchte EINEN beständigen
GRUND, und EINE GEWIS-
SE REGEL, dabey und dar-
nach die rechte Religion erken-
net wird*

- 1) IOH. BRAVNIVS in *Doctr.
Foeder. P. I, lib. I, c. I, §. 17.*
Lutheranis inique imputauit,
ac si in theologia omnem rati-
onis usum reiiceremus
2) Non abiecte sentiunt nostri
theologi de ratione, ita vt re-
ligionem propterea suspectam
reddant; id quod praeter alia
inter causas retulit increduli-
tatis IOH. IACOB. ZIMMER-
MANN, *Meditat. VI, §. 6, O-
pusc. T. I, P. I, p. 251.* Nec ab-

utuntur illi verbis PAVLI 2
Cor. X, 5 ad contentionem rati-
onis. Sed hoc sibi volunt.
Rationem sibi relictam, in re-
bus diuinis quae πνευματικός di-
iudicandae sunt, coecam esse,
obscuratam, et tenebris inuc-
lutam, 2 COR. III, 4. EPH.
III, 18. V, 8, ita vt homo ψυ-
χικός nihil eorum, quae diuini
sunt Spiritus, capere possit.
1 COR. II, 14. Quia igitur e-
iusmodi intelligentia homi-
num, dominio appetituum et
perturbationum est obnoxia,
sane non potest non illud o-
mne, quod Spiritus S. docet de
consilio Dei homines ad salu-
tem perducendi, reiicere, da-

logiae non esse aliud vllum, praeter *Iesum Christum*, sacro in codice reuelatum, 1 COR. III, 2. EPH. II, 20; et rationem, quanquam etiam illustratam, tamen indigere amplius lucerna ac lumine in cogitando. ps. CIII, 105. Quomodo igitur ratio, etiam illustrata a Spiritu Sancto, fundamento esse poterit theologiae, ex quo capita reuelationis exsurgant? Quomodo id, quod non ex ratione humana, sed ex profundo τὴ πλῆτα, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως τὴ Θεῶ id quod ex λόγῳ τὴ Θεῶ per Spiritum Sanctum profluxit, quomodo rationis principiis subiiciatur? 2 PETR. I, 20. Quomodo Deus, ὁ μέγας τῆς καρδίας ἡμῶν, maior corde nostro, id est, maior intelligentia, ratione, iudicio nostro, (1 IOH. III, 20,) verborum et operum suorum perfectionem, temerariae imperfectaeque rationis enuntiatis et dictionibus subiiciat? Quomodo ἀξιώματα rationis, in veritatibus supra eandem collocatis, sustineant locum fundamenti, quo theologia reuelata innitatur? Sed plura in eam rem, neutiquam contemnenda, praeter DAVIDEM MARTINVM, a) ISAACVM TAQVELOT, b) et HERM. VVITSIVM, c) e nostris monuerunt

innare, meram et μωρίαν declarare. 1 COR II, 14. Quare nostri tantum abesse dicunt, ut ratio, hoc vultu spectata, fundamentum sit principiumque cognoscendi in theologicis, ut potius ipsae sacrae praecipiant literae, eam coëreendam et captiuandam esse. Conf. ipse ZIMMERMAN, l. c. p. 253-257. Parum dissimili modo IOH. LELAND, Specim. Script. Dissic. p. 303, obuiam inuit auctori libri, *Christianismus argumentis non fundatus*, quum ex verbis 2 Cor, X, 4. 5 euin-

cere conaretur, Euangelium esse rationi contrarium

a) *De la Religion naturelle*, P. II, cap. 9, p. 210

b) *Conformité de la foi avec la raison*. Amst. 1705. Caute legendus est in quibusdam hic liber. Nam subinde putat TAQVELOTIVS cum PLACETA, rationis iudicium in rebus fidei esse ἀντονομιον

c) *Diff. de usu et abusu rationis circa Myst. fidei*, quae extat in *Miscell. Sacr.* T. II, 17, pag. 582

runt IOH. GERHARDVS, d) IOH. MVSAEVVS, e) omnesque hi, qui *Arminianorum* atque *Socinianorum* erroribus obuiam iuerunt: f) vt adeo non esset ignoscendum, si qui forent e theologis Augustanae confessioni addictis, qui hanc arcem religionis et theologiae, et, cum eadem, fundamentum fidei *unicum*, labefactare aggredirentur.

IAM quod ad reliqua attinet eieſtamenta, ac si argumenta literarum sacrarum, philosophicis rationibus exstructa, quasque gemmis distincta, redderentur firmiora ac certiora, ea vero quam maxime pernicioſa, et aspera in sanctum Dei verbum, ac contumeliosa sunt. Et primo quidem, parum ille conuenienter philosophiae agit, qui certitudinem rei cuiusdam, multitudine rationum, non autem pondere, etiam paucarum, metiatur, ac propterea defendat, vel ipsis scripturae argumentis maiorem accedere auctoritatem, quando numerus eorum, vndecunque etiam illa arceſſantur, extenderetur. Deinde, prorsus impie existimat, qui literas sacras additis argumentis philosophicis maiorem induere certitudinem statuit. Subtrahit enim ista opinio verbo Dei efficaciam suam. IOH. VI, 63. ROM. I, 16. HEBR. III, 12. Nam haec virtus *εφεσυναξιας* supernaturales producit effectiones in animis: haec frangit repugnantiam naturalem: haec intellectum implet diuina luce: voluntatem mouet, vt peccator ad Christum se vertat, et in eum credat: haec virtus sanctificat homines sua veritate: Satanamque, mundum, et peccatum vincit: et animos hominum seruare potest. non habet opus externo rationis (quasi alicuius *principii* seu fundamenti,) subsidio.

F 2

d) In *Error. praecip. Pontif. Calvin. et Photin.* p. 1481

e) *Libro de usu Princip. Ration.*, lib. II, c. 2, p. 303 sq

f) Scriptores de usu et abusu ra-

tionis in reuelatione, excitauit REN. CHRISTO. MATTH. PFAFFIUS, *Introd. in Hist. Theol. Liter.* T. I, 2, 10, p. 201 seq

dio. Ista opinio CLAVDII PAIONI *g*) errori fauer, qui putabat, sacri codicis argumentis, vnice moralibus, conuinci intellectum, et moueri voluntatem, sine Spiritu Sancto. Talis si error defenditur, tum quidem certum, argumenta et verba Dei philosophicis rationibus confirmari, et fieri certiora! Ista opinio in PELAGII *h*) et IOH. CASSIANI, Massiliensis presbyteri, *i*) haeresin coniicit, dum gratiae Spiritus Sancti, qui operatur per verbum, detrahitur aliquid, et id viribus naturae solis argumentisque philosophicis attribuitur. Ista opinio *Naturalismo* fores aperit. Nam si robur ac firmitudo qua argumenta litterarum sacrarum constant, a rationis pendent adminiculis, etiam iustum erit profiteri, sufficere lumen naturae ad cultum quem Deus postulat, et ad salutem aeternam, virtute philosophica adipiscendam *k*)

SE-

g) De *Paionismo* nemo accuratius egit FRIDER. SPANHEMIO, *Elench. Controu. de Relig.* p. 371-389, qui etiam PAIONI *metaphysikamente* confutauit. Adde GRAPPI *Syst. Nou. Contr. T. IIII*, p. 7 f. Eundem hodie errorem errat IACOBUS POSTER, quem merito ornatum atque depexum dedit S. REUBERTLINGIUS, cuius nobis tenella recordatio est, in *Progr. Spirit. S. naturae in omni opere bono*, p. 7 f.

h) Vitam et acta Pelagii descriperunt NORISIVS, GARNERIUS, VOSSIUS, VSSERIUS, sed ita, ut hant raro a se inuicem differant, adeo, vix ut cognosci possit haeresiarchae *πρωτων ψευδος*. Adi interim, le-

ctor, qui curate dixit de *Pelagii*, quoad peccatum originis, ac liberum arbitrium, opinione, MART. CHEMNITIVM, *Loc. Theol. P. I. 6. 8. p. 223*.

i) Sententiam CASSIANI, *Lib. de Institution. Monast. et in Colationibus S. Patrum*, AVGVSTINI oppositam doctrinae, enarravit optime GER. IOH. VOSSIUS, *Hist. Pelag. Lib. IIII, Opp. T. VI*, p. 682 sq.

k) Huc pertinet figmentum nouissimum: *die Religion der Vernunft*, quam ollam alii refutarunt. Huc pertinent non vna ex parte, qui philosophice demonstrant libris scriptis, posse etiam Gentiles honestos ex lumine naturae vitam aeternam obtinere

SECTION III

MOMENTA SVBNECTENS QVAE SYNCRETISMVM PHILOSOPHIAE AC THEOLOGIAE REVELATAE DISSVADENT ET DAMNANT

Σ Τ Ν Ο Ψ Ι Σ

- XIII. 1) *Theologia Reuelata*, quae est λόγος περὶ τῆς Θεᾶς, testimonio Dei nixus in libris sacris; transit in λόγον περὶ τῆς Θεᾶς, principis naturae diuincandum. Deum iniqui animi est, δόγματα deprimere reuelata, ne superent rationem humanam.
- XV. 2) *Fides diuina confunditur* cum sapientia humana: Operatio Spiritus Sancti cum scientia rationum. XVII. 4) *Resisterunt huiusmodi* syncretismo auctores sacri, nominatim (=) S. IOHANNES.
- XVI. 3) *Iudicium peruersi et in* XVIII. *Restitit* (ε) S. PAVLLVS, cuius duo loci Coloss. II, 8 et I Cor. II, 4 illustrati. Explicat dissertatio verbis PETRI 2 Epist. I, 16.

XIII

IN REBUS politicis minime tutum est, si fundamenta rerum publicarum, aut maiestas ac iura regnantium, per ciues et subditos sollicitantur, motis aduersus auctoritatem Principum litibus, siue etiam scriptionibus promulgatis. Quanto igitur minus est tutum in religione sancta, illius si fundamentum cognoscendi, ex quo omnis emanat demonstratio diuina, reuocatur ad publicam contentionem, et in litem ac diffidium trahitur. Stabilito enim theologiae et philosophiae syncretismo, non possunt non graues errores oriri in ecclesia Christi. Nam et fidei myteria eo corrumpi, et testimonium Spiritus Sancti internum obscurari, et, quae philosophiae atque theologiae sunt repugnancia,

tia, conglutinari, denique Christianismo sublato aliquem sanctum et pium reuocari Gentilissimum, necesse est. Et varia quidem in superioribus dicta sunt, quae eiusmodi conatus dissuadere possint, ac damnent. Nec iis adiciemus copiose, non esse idoneum, philosophiam constituere iudicem *Φρασεολογίας* Hebraicae, vel Graecae, aut variantium lectionum, rituum, ac consuetudinum, quae ad interpretationem librorum sacrorum pertineant; sed vnico saltem exemplo *Δ*) huius rei inanitatem euincemus. Verba illa IOHANNIS, *i Epist. V, 6*, *Καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυρῶν, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια*: et *Spiritus est, qui testatur, Spiritum esse veritatem*; qui philosophiam nimium extollet, in hunc modum interpretabitur: “ Verba haec, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, sine dubio punctis sunt separanda a prioribus, et duo hemistichia scribenda. Quapropter ita placet distinguere: *Καὶ τὸ πνεῦμά ἐστιν τὸ μαρτυρῶν. Ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια*. Id est: *Et Spiritus per scripturam testatur. Propterea Spiritus Sanctus est omni-moda veritas*. Hanc enim mutationem postulat genuina et philosophica librorum sacrorum interpretatio. Nam sequens hemistichium esse debet *confestarium* antecedentis. MILLIUS autem, KVSTERVS, BENIGELIUS, ac reliqui editores Noui Testamenti, ceterum quidem non plane stulti, fungi ramen et talpae fuerunt, qui hoc non viderunt. Nec theologi reliqui, quippe *ἀφιλόσοφοι* omnes, aureum caput *logicae* perillustri VVOLFII, de interpretatione scripturae sacrae, in succum et sanguinem conuerterunt. Nam, nisi hoc puncto ita distinguatur, verba haec nullo nexu cohaerent. Hac vero inter-

Δ) Plura specimina eorum, qui in librorum interpretatione sacrorum vane philosophantur, adduxit Celeberr. ERNESTI,

Prolus. An. 1750 scripta, p. XII, quam perlegere, ac fugere exempla vitiorum, ibi notata, e re omnium fuerit

“interpretatione *supposita*, (num id significat: in textum *“illata?”*) omnia plana et perspicua erunt, DIXI.” Quid igitur arbitramini, eruditi lectores, de philosophia hac, cuius facies magni esse pretii videatur? Nonne interpretatio haec et interpunctio eodem haberi numero posset, quo illa CVRCELLAEI, qui in literis ad ROM. VIII, 5, post vocem *σάρκα*, addi punctum iubebat, quia, si id quod sequeretur, cum praecedentibus conneckeretur, aliter a Paulo dici debuisset. Vtraque certe interpretatione philosophica emergit damnum. STEPH. CVRCELLAEVS interpunctione nova tollit Christi deitatem. Altera subtilis critica efficeret, ut internum Spiritus Sancti testimonium, ex hoc loco *Io- hanneo* alioquin clarissimum, non tam aperre hinc deduci possit. *m)* Praeterea interpunctio talis ignoraret ἰδιωμα ἙΛ-

m) Sunt quidem praestantissimi duo theologi, (hos LANGIUS in *Exeg. ad hanc ἐπιστ. §. 8* et *9, p. 680* laudavit,) qui particulam *ἐν* non obieciunt, sed causallyter sumunt, et vertunt quia. nempe hoc sensu: Spiritus Sanctus est, qui testatur, (scil. quae de Christo in antecedentibus sunt dicta, haec vera esse.) QVIA Spiritus Sanctus ipsa est veritas. Sic autem vertunt, hac praecipue causa ducti, ne vox πνεῦμα, hoc commate bis obuia, diverso utrinque sensu dici videatur. Sed, salua in manes utriusque herois reuerentia, putauerim, (I) vocem πνεῦμα non diverso, sed vno et eodem sensu, utrinque scribi. Nam primo loco, τὸ πνεῦμα τὸ μαρτυρῶν, est Spiritus

Sanctus qui inter lectionem vsuque librorum sacrorum virtute et *ἐνεργείᾳ* diuina est efficax. Deinde in verbis πνεῦμα ἐστὶν ὃ ἀληθεύει denuo πνεῦμα est Spiritus S. per quem auctores *θεῖμνευσαι* veritatem Numinis perscripserunt. Itaque commatis sensus est hic: Et Spiritus Sanctus, qui in fidelium animis operatur, eos conuincit, Spiritum, per Prophetas et Apostolos loquutum, veritatem esse. (II) Certum est quod in textu attulimus, nempe vocalam *ἐν* post verba λέγειν, ἀπὸν, μαρτυρῶν, redundare solere. LAMB. BOS *Exerc. Philol. ad Marc. XVI, 7* exempla attulit ex ARISTOPHANE et DEMOSTHENE. LXX autem Interpretibus nihil frequentius est, quam sic

Ἑλληνικόν, et vsum particulae ἔτι apud Graecos. Haec particula, apud profanos pariter et sacros scriptores, praefertim post verba εἰπεῖν, λέγειν, μαρτυρεῖν, et similia, παρελκεῖ id est, ita vsurpatur, vt, ea demta, sensus nihilo secius constet, in lingua autem Latina necessario abesse debeat, et accusatiuum cum infinitiuo postulet. Interim, si quis nec ad consuetudinem hanc loquendi attendit, et ex nimio autem philosophiae amore *rationem* constituit *fundamentum* theologiae, inde pateret, quomodo arbitraria haec interstitionis mutatio promanaret. *n*) Simul enim atque *natiuus sermo* incitua sepultus iacet, tum vero, recte iudicat I A C. PERIZONIVS, o) nihil restare, nisi vt ingenium humanum

scribere. GENES. XIII, 27:

ἵνα μὴ ἔπη, ΟΤΙ ἐπλάτυνα τὸν Ἀβραάμ. Ne forte dicat, *Abrahamum a te ditatum esse*. Cap. XX,

2: Ἐλεγεν Ἀβραάμ περὶ Σάρρας, ΟΤΙ ἀδελφὴ μὲν ἐστίν. Dicebat *Abrahamus de Sarra, soror mea est*. Pari modo MARCI XVI,

7, (Ἐλάτε τοὺς μαθηταὺς αὐτοῦ καὶ τὸν Πέτρον, ΟΤΙ πρὸς τὸν θυγατρὸς αὐτοῦ ἐστὶν τὴν Γαλιλαίαν.) necesse est, vt in versione omittatur illud ἔτι, ac reddatur: *Ite nuntiatum eius discipulis et Petro, cum praetere eis in Galilaeam*. Adde

MATTH. VIII, 18. XVI, 7.

Ac de vfu particulae ἔτι DE-VARIUM consule, p. 266, ed. Norib. Sed, cui non dictus Hylas

n) Exemplum παραλληλογος interstitionis, cuiusmodi in textu reieccimus, est, quando MATTH. GLIRIVS, Socinianus, ver-

ba IOHANNIS I Epist. II, 22, τίς ἐστιν ὁ φεῖς, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ἔτι Ἰησοῦ ἐκ ἐστὶν ὁ Χριστός, quis est mendax, nisi qui negat *lesum esse Christum?* in hunc modum interpungit: Τίς ἐστιν ὁ φεῖς, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος; Ὅτι Ἰησοῦς ἐκ ἐστὶν ὁ Χριστός. Quis est mendax, nisi qui negat? Quoniam *Iesus non est Christus*. Quam crisin Glirianam ipse adeo SOCINVS improbauit. Vide Biblioth. Fratr. Polonor. T. I, p. 629. Ergo prudenter monuerunt interpretes librorum sacrorum, si vel maxime interpunctiones postea fuerint adiectae, hodie tamen eas non debere deferi pro arbitrio cuiusvis, aut immutari. Constitutiones enim sunt a sapientissimis doctoribus ecclesiae, qui legitimis interpretandi adminiculis dextre instructi fuerunt

num sese dedat subtilitatibus metaphysicis, et in rebus quas vix intelligit, magno conatu disputandis, se ostenter, quae superioribus saeculis grauis fundi theologicici calamitas fuit. Solent autem haec duo vniuerse confundi ab iis, de quibus loquimur. *Primo*, sensus, qui erui *potest* e sacris libris, nempe verbis seorsim et extra contextum sumtis, inflexisque philosophice ad sententias subtiles, a magistro haustas, vel ad hypotheses proprias: cuiusmodi sensus infertur a SOCINIANIS aliisque in verba Ἐγὼ σήμερον γέννηκαί σε, HEBR. I, 5, et in illa, Πατὴρ μὲν μέζων μὲν ἐστὶ, IOH. XIII, 28, et in alia. *Deinde*, sensus verus et innatus, Deo dignus, et praescriptus a Spiritu Sancto cum διακρίσει πνευματικῇ, atque συγκρίσει τῶν γραφῶν. Sed hic vltimus ille, sensus legitimus, prae superbia mentis humanae, et prae animo σοφιστικῷ inflato, (IER. XVII, 9) parum curari solet. Inde autem exsurgit hoc capitale damnum, vt theologia non permaneat sermo de Deo, tanquam a Deo et ex Deo, id est, innitens testimonio Dei: sed, vt commutetur in sermonem de Deo, cuius veritas diiudicanda est ex compendio philosophiae recentioris, ex notionibus, ideis, ratiocinationibus, principiisque naturae. Hoc igitur facto, iudicium hominum maius erit testimonio Dei, repugnante IOHANNE, 1 Epist. V, 9. Tum Christianismus commutabitur in Ethnicismum quendam. p) Nec aliud efficietur, quam noua quaedam, et forte ἀνεπίστατα, aut praeceptis sanctior, rigidio-

o) Orat. de usu Graecae et Rom. Lingu. (p. 155 Collect. Kappian)

p) Ita ERASMVS, quàm in Lib. de ratione verae Theol. data opera dixisset aduersus rationis cum reuelatione commistionem, a Scholasticis institutam, diserte addit, Pontificiam ecclesiam propter hunc syncretis-

mum, ab Ethnicismo non nisi nomine differre. Eius verba excerptit IOH. IAC. A RYSSSEL, in Continuat. libri Vostiani de Sect. Philos. C. VIII, §. XII, p. 188, qui etiam plura de hac doctrinarum confusione disputauit §. XI et XIII, p. 187.

gidiorue, secta philosophorum: ita enim grauiter declamauit aduersus *Theologos rationales* in Belgio, FRID. SPANHEMVS q)

XV

INTER proprietates sacri codicis obtiner principem locum auctoritas siue dignitas, ad assensum et obsequium commouens, hanc propter causam, quod ille Deo inspirante est consignatus. Ne autem segniores animo simus ad credendum, id singularis efficit virtus et *ἐνέργεια* verbi diuini, qua nostra voluntas impellitur, mouetur, et trahitur. Hac enim potentia verbi, Spiritus Sanctus ita *immediate* r) mentem tangit, vt plenaria conuictio, fides, conuersio, acquiescentia in merito Christi, et quotidiana renouatio inde oriantur. Iam, eadem quidem in effectione immediata, vtitur etiam Spiritus Sanctus *mediis*, siue rationibus, verbo Dei comprehensis. Nam vaticinia et miracula quae libris sacris continentur, irem sanctitas ac perfectio illorum, nec minus reliqua, incitamenta sunt *λογισμῶν*, quibus permoueri et impelli possumus ad fidem. Attamen ista omnia, sine efficacia hac *immediata*, et sine hoc potenti motu Spiritus Sancti, (IER. XXXI, 33. EPH. I, 18. 19.) non collustrarent mentem coecam, nec pertinacem voluntatem impellerent cum

q) *Elench. Controu. cum Pseudo-philos. Antiscript.* cet. p. 745

r) Spiritus S. non alia, nec diuersa, sed vna et eadem virtute, per *verbum Dei* operatur, saltem *modo operandi* (vt theologi loquuntur,) *distincto*, inuicemque *subordinato*. Nempe Spiritus Sancti efficacia principalis, insensilis, et interna est. Verbi diuini autem virtus, instrumentalis est *ἐνεργία*

ἐνέργεια, sensilis, et externa. Nam Spiritus S. restatur de Christo: et etiam Verbum. 10 H. XV, 26. 10 H. V, 39. Spiritus S. regenerat renouatque: et quoque Verbum. 1 A C. I, 18. 10 H. XII, 18. Vnum est vtriusque *ἀντιστοιχία*, ita tamen, vt Spiritui Sancto *primario*, Verbo diuino *secundario* adscribatur. MATTH. X, 20

cum πληροφορία τῆς πίστεως καὶ ἐλπίδος, nec animum ad obediendum Christo cogerent. 2 COR. X, 5. Aliter enim veritates caelestes persuaderi non possunt *salutariter*, et cum fidei diuinæ ἐλέγχῳ atque conuictione, quam lumine supernaturali, et per eundem, a quo reuelatae sunt, Spiritum

VIDERINT ergo, quid agant, qui testimonium Spiritus Sancti et scientiam rationis, qui gratiae lumen et naturae vires, qui perceptionem fidei diuinæ et cognitionem philosophiae, inter sese confundunt ac permiscunt. Viderint, qui cum SCHOLASTICIS, ex principio rationis et philosophia, mysteriorum fidei conclusiones seu theologiam deducunt, et efficiunt, vt fides diuina in scientiam humanam transformetur, et operatio Spiritus Sancti cum euidencia rationum humanarum coalescat. /) Nonne illi doctrinas coniungunt, longe inter se discrepantes? quid Euangelio conuenit cum sapientia humana? quae est communitas luci cum tenebris? Plura dicam. Euangelium rationi σκάνδαλον καὶ μωρία est. I COR. I, 18. 21. 23. II, 14. Et ratio vicissim atque philosophia μωρία est ac ματαιότης apud Deum. I COR. III, 19. 20. Quomodo haec diuersa, quae eundem ad finem non tendunt; haec illa dissimilia, quae sese mutuo μωρίαν esse declarant, quomodo coniungi, et fundamenta haberi ἰσοῤέστα καὶ παράλληλα possunt, quibus theologia innitur? Num forte qui vtuntur ratione, propterea etiam Spiritum Sanctum obtinent, ita, vt falli non possint? fortasse ipsi philosophi Gentilium, quando ad notiones suas veritatem exegerunt? Viderint isti Fratres Misericordiae, isti Dogmatistae subtililoqui, ne eandem cum Fanaticis et GOTTFRID. ARNOLD, t) illo misericorde haec-

G 2

/) Hanc confusionem ipsi Peripatetici concorditer impugnarunt, et odio persequuti sunt *Scholasticos*, quod puram phi-

losophiam peripateticam contaminauerant

t) In der Kirchen u. Ketz. Hist. P. I, p. 47. Auctor, ἐνδυστάζειν,

haereticorum et infidelium omnium aduocato, inflent tibi-
am. Nam hi et ipsi, praeter verbum Dei, commendant
aliam regulam ac lumen, ad quod veritas doctrinae sanctae
diudicetur; adeo quidem, vt literae sacrae ad huius lu-
minis dictaturam, etiam in Gentilibus se exferentem, sint
explicandae. Hoc ex portento, dici non potest, quanta
inferatur iniuria verbo Dei. Subiicitur reuelatio imperio
humano: auctoritas diuinorum librorum canonica in-
fringitur: et substituitur quidam falsus Christus, rationis
fanaticae enuntiarum

XVI

MINIME repugnat cum sapientiae diuinae, tum ipsi
rationi, quaedam proponi in theologia reuelata ad cre-
dendum, quae et intelligentiam et rationem humanam su-
pergrediantur. Quapropter non solum animi indicium de-
prauati fuerit, conari efficere, vt ista sublimia perarduaque
ad conformitatem rationis, nempe ne illam superent, de-
primantur: sed etiam maxime iniuriosum debet in ipsum
Deum

aduersus fidem et probitatem,
ecclesiam primi saeculi, sin-
git, internum quendam cano-
nem statuiffe, quem vocat *die*
wahre und unbetrügliche Kraft
des H. Geistes selbst. Ait e-
nim: *In den ersten Zeiten ist*
von keinen solchen Canone, wie
er hernach au' gekommen, das
geringste bekannt gewesen: da
dennoch die wahre und unbe-
trügliche Kraft des H. Geistes
selber den Glauben zum Canone
und zur Regel dienete. Idem
ARNOLDVS, *Supplem. et E-*

mendat. c. V, p. 470 pergit: *Ich*
erkenne die Schrift in sano sen-
su (satin' sanus es, Arnolde?)
vor einen Canonem: und diese
weist mich auf den stetem in-
wendigen Canonem, der bey
mir ist. Et pag. 479 in hunc
modum paratiagoediat: *Es*
sind auch die Heydnischen Phi-
losophi zur Erkenntniß der H.
Dreyfaltigkeit kommen, und
dieser durch den innerlichen
Grund und Canonem, dem sie
lebten

Deum haberi, nolle animum subicere sapientiae Numinis, quando id *ἀσχευτά* statuit, quae ratio assequi non potest. Quis enim negauerit, supremum Numen habuisse ius, etiam supra rationem media salutis praescribendi, hominesque iisdem religandi, ut solam propter auctoritatem diuinam eius dictis assentiantur? Atque illam potestatem omnino habet summum Numen, etsi etiam nullae assensus rationes deprehendantur; immo vero etsi ratio contra dicat, eo usque, ut, quod Deus in libris sacris nuntiauerit, et rerum naturae et aeternae veritati aduersari, et ipsam excedere potentiam Dei, specioso praetextu videatur. u) Nam imbecillitas hominum, qui comprehendere non possunt arcana Dei, iuri diuino regulam non praescribit, sapientiam suam rationi humanae conformatam reuelandi. Sed illa omnia pendent a voluntate, cognitione, et gubernatione Dei, qui consilia sua ita attemperat, ut ea conferat in homines, et quidem eiusmodi, qui non stipites, nec trunci, sed qui dociles, attenti, ac discentes sunt, ut se Deo possint (quae diuina tamen eius est gratia,) mente, ratione, et omni studio subicere, eiusque dictis fidem habere aduersus πᾶν ὑψωμα ὑψηλῶν. 2 COR. X, 5. x) Inde etiam prouenit, quod legem fixerunt sancti amanuenses, literas sacras vnice explicandas esse κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ROM. XII, 6, et e contrario docuerunt, qui eas ad rationis

G 3

prae-

- u) Conf. FOERTSCH, *Controu. Sacr. Disp. V*, §. 6, p. 180 sq.
 x) Itaque male scripsit magnus philosophus LOCKIUS, lib. III de Intell. Hum. c. 18: Haut aequum est, ut propositioni cuius diuinæ assentiamur, quae cum clara nostra cognitione intuitiua plane pugnat. Et paulo post: In omnibus rebus iudi-

cium penes rationem est, atque Reuelatio in illis casibus decreta rationis infirmare nequit: neque nos claram rationis sententiam repudiare tenemur, quod res ad fidem spectet. Reputauit haec omni iure, laudatus FOERTSCH, l. c. §. 7, p. 487

praecepta interpretetur, ab hoc illudi scriptores diuinos, quin ipsum adeo Deum, qui suum sermonem *ἰδὼς* esse *ἐπι- λύτως* prohibuerit. 2 PETR. I, 20

SED cepit Satanas tam crudele, tamque inueteratum aduersus verbum diuinum odium, ut eiusmodi astus, machinamenta, ac fraudes texat ad eripiendum illud e manibus, ore, corde, et id cum rationis temeratae perturbet delirius. *γ*) Iam a principio inde, in paradiso, commiscuit verbum Dei cum ratione. *Τί ἐτι ἔπεν ὁ Θεός; Et CVR autem? et QVARE vero, dixisset Deus? QVIDNI dixisset sic? GENES. III, 1.* Hoc perget nefando dolo, his vaferrimis interrogatiunculis, hac versipelli malitia, usque ad finem mundi contendere *μετὰ τῶν τηγόντων τοῖς ἐντολαῖς τῆς Θεᾶς. APOC. XII, 17.* Decipiet hic fraudator indefessum bonas animas, per falsos interpretes, per rationales theologos, dictitantes *ἰδὼς, ὡς ὁ Χριστός, ἢ ὡς.* MATTH. XXIII, 23. Ipsius lapsionis infelicissimae semina ac prima procluitas, fuerunt deflexio a verbo Dei et ratiocinatio. Nam *homines a Deo boni ac probi facti sunt: sed illi ἐζητήσαν ΛΟΓΙΣΜΟΥΣ πολλούς.* ECCLES. VII, 29. (30). Et quid multa. Mens illa deprauata et inepta ad res sanctas, illa coeca ac nulla intelligentia, et perturbatio vitiosa, non luculentiori sese documento produnt, quam hoc ipso *Συγχερητισμῷ*. Nam libri alii, profani, mediocres, inepti, placent citius, lubentiusque leguntur, et nemo est qui illis fimbriam assuat. Sed hi sanctissimi libri, haec Manna, haec solatia, aut cum fastidio attinguntur, aut, nisi rationis velint principio, quum theologiae compendio intruduntur, permisceri, omnino reijciuntur. Quale denique hoc est, quod hodie libri excluduntur, qui inscribuntur *theologici*, in quibus saltem bis vel ter, quasi surrepti sunt sacri diuinorum verborum loci, sicut

γ) De odio Satanae aduersus verbum diuinum grauiter disle-

ruit B. IOH. FRICKIUS, in Praef. ad Biblia Viminensia

sicut fur lucernam accendit ex ara Iouis, ipsumque compilar ad lumen suum; 2) adeo, ut etiam falsè reprehendi acutuleque rideri soleant, si qui aut verbis librorum sacrorum crebrius utantur, aut certe philosophico illa pallio non circumuoluant

XVII

HANC temerariam philosophiae Christianaeque religionis commissionem, seuerissime interdixerunt scriptores sacri, et se magna contentione huic malo opposuerunt. Constans est et antiqua fides, praecipue IRENAEO *a)* et HIERONYMO *b)* testibus, s. IOHANNEM tum *Euangelium* suum, maxime initium eius, *Cerinthi* et *Ebionitarum*, tum *primam Epistolam*, denuo *Cerinthi*, vniuersaeque omnium *Gnosticorum* erroribus, obiecisse. Non est nobis animus, iamiam id agere, ut acriter contendamus de aetate *Cerinthi*, quam SAM. BASNAGE, *c)* PETR. FAYDITVS, *d)* et FRID. ADOLPH. LAMPIVS *e)* diu post Iohannem, tempore *Hadriani* vel *Antonini Pii* collocarunt; neque inquirere in argumenta, quibus euincitur s. IOHANNES *Cerinthianis* obstitisse. Sufficit, hoc in loco commemorasse, ad illorum quidem rationes IOH. FRANC. BVDDEVM *f)* sufficienter reposuisse: momenta autem quae posterius affirmare videantur, praeter SEBASTIANVM LE NAIN DE TILLEMONT, *g)* etiam IOH. DAVIDEM MICHAELIS, *h)* Virum

πολυ-

2) PHAEDR. III, 10, vs. 1. 2

Cap. V, p. 64

a) Lib. III, contra Haeres. c. XI, §. I, p. 153 ed. MASSVET

e) Proleg. in Euang. Ioh. II, 3 §. 16 seq. p. 182 ed. Basil

b) In Proleg. ad Matth. Opp. T. III, P. I. p. 10 et Catal. Script. Eccles. Cap. VIII, T. III, P. II, Class. 2, ed. Paris

f) De Eccles. Apostolic. Cap. V, p. 411-448

c) Annal. Polit. Eccles. T. II, p. 6 seq

g) Memoires pour servir à l'Histoire de l'Eglise, T. I, P. 3, p. 236

d) Eclaircissements sur l'Hist. Eccles. des deux premieres Siecles,

h) Einleit. in die göttl. Schriften des N. B. §. 102-106. pag. 399 f

πολυμάθετον, recensuisse. Sed illud potius caret dubio, disertisque veterum nititur testimoniis, *Cerintum*, Alexandriae philosophiam edoctum, id instituisse, ut disciplinae Gnosticae Christianaeque religionis cum Iudaeorum opinionibus societatem, qua nulla fieri peruersior poterat, moliretur. Praeterea, hominem audacia eo usque progressum fuisse, ut docuerit, hac doctrina viam salutis obtineri, et addiderit promissiones Dei, ex Gnosticis, Iudaicis, Christianisque sententiis concretas. Philosophia Gnosticorum (notum hoc est, IAMBlichi que i) et EVSEBII k) auctoritate certum,) ex mysteriis Chaldaeorum et Aegyptiorum fuit composita. Quare *Cerintus* ac reliqui male commiscuerunt, atque ad Iesum applicarunt illa omnia, quae Orientali ex sapientia de Μονογενῇ, Λόγῳ, Πληρώματι, Δημιουργῷ, Φωτὶ, et Ζωῇ percognouerant. Restitit ergo huic syncretismo IOHANNES ὁ Θεολόγος, ac grauius enuntiauit, Λόγον et Μονογενῆ eandem esse personam, fuisseque in principio: Logon perpetuo affuisse apud Deum ἐν πληρώματι: Logon a Δημιουργῷ non diuersum, sed omnia per eundem creatam esse: Ζωὴν et Φῶς non singulare genus Spirituum, sed vitam lucemque illam hunc ipsum esse Logon

XVIII

HVIVSMODI commissioni PAVLLVS Apostolus restitit, philosophiae certe non osor aut inimicus. Qui etsi literas Graecas Tarſi etiam non didicerat ex instituto, a tantis tamen philosophiae heluonibus cuiusmodi Tarſenses erant, aliquot dogmata ac placita sapientiae, quotidiana consuetudine exceperat. Ex hac pariter Tarſensium conuersatione, (non vero ex lectione poetarum,) *Arati*, *Epimenidis*, et *Menandri* sententias sciuit, ac memoria tenuit.

l) Ma-

i) *De Myster. Aegypt. VIII, 2, p.*

k) *Praep. Euang. Lib. III, c. II, p. 158. ed. Colon*

1) Maiori studio penes *Gamaliel*em, *Hillelis* nepotem, *cerimonias*, *instituta maiorum*, ac *historiam patriam* (*πατριῶν νόμον*, ACT. XX, 3,) auscultauerat, et quae *Phariseorum*, *Sadducaeorum*, et *Essenorum* erant dogmata, sibi cognita fecerat. Quapropter nisi etiam dignitate scriptoris *decreta* eminuisset, tamen utilitatem et abusum philosophiae in sacris literis accurate perspexisset. Iam eo tempore multi *Iudaei* ad Christum conuersi, cultum ceremonialem cum Euangelio ac libertate in Christo sibi oblata, confundebant. Nec pauci ex *Gentilibus* philosophi, Christianam religionem amplexi, pristina suae sectae placita, theologiae reuelatae immiscere allaborabant. Ex quo syncretismo multae haereses oriebantur, quibus praecipue *IRENAEVS*, m) qui non longe a temporibus Apostolorum floruit, peculiaribus libris resistere conatus est. Ab hac perniciofa commistione merito cauere iubet Apostolus, atque postulat, theologiam in vnico Iesu Christo radices agere, philosophiae autem, quasi cuidam et ipsi fundamento, superstrui nequaquam oportere. Audiamus loquentem.

H. IRENAEVS. E.

1) Non maximum, nostra sententia, operae pretium fecerunt, qui de *S. PAVLLI* poly-mathia, metaphysica, philosophiis, literarum peritia humaniorum, et polyhistoria singularibus libellis narrarunt. *Tentiorum* quis credat *opificem* (ACT. XVIII, 3,) his in artibus adeo eminere, vt singulae singularem praedicari voluminibus possint? Doctior fuit, ingeniosior, itemque eloquentior diuus *PAVLLVS*, Apostolis Christi reliquis. Sed eum ingenio literis adeo subacto excelluisse, vt, nisi *decreta* munere ac *negle-*

gari eminuisset, potuisset cum philosophis Graecorum oratoribusque contendere, ipsa propria viri ingenui confessio refutat 1 COR. II, 15. 2 COR. I, 12. Et quale tandem est hoc, quod nonnulli *neglegenti*, ac si Ardelionum de natione prodissent, rapuerunt e philosophia sectae suae, definitiones metaphysicas logicasue, et inde longas demonstrationum *Paulinarum* series duxerunt

m) *IRENAEI Libb. V adu. haereses*, praeter *I. E. GRABIVM*, edidit *REN. MASSVET, Lutet. Paris. 1719*

Ἐξήλωμένοι, ait in Epist. ad Colossenses II, 8, καὶ ἐποικοδομέμενοι ἐν αὐτῷ, (Ἰησοῦ Χριστῷ,) καὶ θεοαίμενοι ἐν τῇ πίστει - - -
 Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἐσαι ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας. - - -
Radicati et aedificati in Iesu Christo, confirmati in fide. Ca-
uete, ne quis sit qui vos philosophia praedetur. Non reiecit
 PAVLLVS philosophiam, quae intellectum perficit, et e-
 mendat voluntatem. Certe, e philosophis priscis, multi
 Christiani doctores facti sunt, qui sanctam religionem forti-
 ter defenderunt. Id docent exempla IVSTINI MARTYRIS,
 IRENAEI, ATHENAGORAE, TERTVLLIANI, et alio-
 rum quos AVGVSTINVS n) recenset ac commendat. Et
 GREGORIUS NYSSENVVS in vita *Gregorii Thaumaturgi* o)
 contestatur, quod, quum is in philosophia Graecorum di-
 ligenter versatus esset, διὰ τὸ τοῦ ἀληθινοῦ πρὸς τὴν τῷ Χριστι-
 ανισμῷ καταπόνησιν. Deinde, ex hoc loco PAVLLI non pot-
 est tuto iudicium ferri, quatenam potissimum secta philo-
 sophorum hic intelligatur: nec finiri illa longa, partem in-
 geniosa, disputatio, num *Cabbalistica* secta, vel *Pythagorica*,
Platonici num, aut num *Esseni* p) hic indicentur. Sed illud
 vero vt certissimum affirmari potest. "Apostolus iubet
 "omnem omnino philosophiam, quaecunque etiam illa de-
 "mum fuerit quae in theologiae mysteria intrudatur, et
 "fundamenti ponatur loco, et commissione praua fidem
 "praedetur, tanquam latronem fugere,,

IN

n) Lib. II de Doctrin. Christian.
 C. 40, p. 150 ed. Geo. Calixti

o) Opp. Tom. III, p. 539 ed. Gretser

p) *Essenorum* nomen quamvis
 non occurrit in sacris libris,
 tamen multa inesse epistolis
 PAVLLI, quae instituta illo-
 rum reprehendant, MART.
 CHEMNITII sententia fuit,
Exam. Conc. Trid. P. IIII, p.
123 seq. Quem sollicite hac
 parte exscripsit ac sequutus est

IOS. IVST. SCALIGER, *E-*
lench. Tribaeres. II, c. Nic. Se-
rar. Cap. XXVII, p. 213. Quid,
 quod integras epistolas PAVL-
 LI ad Colossenses et Ephesios
 datas, item priorem epistolam
 ad Timotheum, contra erro-
 res *Essenorum* directas esse,
 existimat Celeb. MICHAELIS,
Einleit. in die göttl. Schrift. des
N. B. p. 521

IN ALIIS locis suo PAVLLVS exemplo ostendit, συζητισμὸν eiusmodi quam maxime deuitandum esse. Air enim, se Euangelium docere ἐκ ἐν σοφίᾳ λόγῳ, I COR. I, 17. Id capite II, 4 interpretatur, ἐκ ἐν περὶ σοφίας ἀνθρώπων σοφίας λόγοις, non persuasoriis humanae sapientiae verbis. Non spernit PAVLLVS eloquentiam aut facundiam in dicendo, qua ipse praestabat non leuiter, adeo vt eum Lystrenses Mercurium nominarent, ACT. XIII, 12, et ille auderet Athenis congregari cum philosophis Epicureis, Stoicisque. ACT. XVII, 18 seq. q) Sed illorum damnat verborum copiam, qui philosophiam theologicis immiscerent. Hi enim, cui diffidunt causae, verborum copia et strophis succurrunt. Ab altera parte docet PAVLLVS, Euangelium et theologiam quam ipse profiteretur, soli scripturae sacrae, et orationem qua vteretur, ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ostensione Spiritus et virtutis, inniti. Missa sententia THEOPHYLACTI et aliorum, qui δύναμις de miraculis interpretantur, r) verborum sensus est hic: "Euangelium potentissima apodixi, demonstratione ac vi constar, quam Spiritus Sanctus verbo suo coniunctus operatur. Hac δυνάμει τῷ Θεῷ (ROM. I, 16,) animus de veritate mysteriorum, etsi illa superent rationem, conuincitur. Hac ἐνεργείᾳ et ἀποδείξει animus interne sentit vim, quod a Deo docetur. IOH. VI, 45. "Huic πνεύματι, tanquam igni et fulmini, mens adhaeret "fide diuina, quae est efficax εἰς σωτηρίαν, ROM. I, 16. 2 TIM. III, 15 Sed e contrario, si philosophia immiscetur sapientiae Dei, hoc ipso ἐκνωθῇ ὁ σωτὴρ τῷ Χριστῷ. I COR. I, 17. Id est. "Rariunculis acute excogitatis, Euangelium de mor-

H 2

" te

q) Tabernaculum Dei non modo lapidibus ac ligno, sed etiam auro et ornamentis variis distinctum fuit. Sic perplacet Deo, si quis omnes animi virtutes, intelligentiam, acumen, facundiam, Sanctuario eius in-

fert. Perplacent Deo λόγῳ Λαδαντῆ, Meletii, Chrysostomi, qui talenta sibi tradita negotiatum eunt, non cauatum terram

r) Conf. IOH. CASP. SVICERI Thes. Eccles. T. I, p. 970

“ te Christi in cruce, ac de beneficiis inde redundantibus, “ suspectum et infructuosum redditur. „ Quid, quod ipsa adeo nostra fides, in sapientia hominum, non in Dei potentia, reponatur? *1 COR. II, 5.* Haec illa commissio foetus est, de cuius puerperis haec fertur sententia: Ἐμαυώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. *¶* Et iterum: Φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράθησαν. *ROM. I, 22.* Hi sunt isti σεσοφισμένοι μῦθοι, *t)* quibus negat PETRVS 2 *Epist. I, 16,* se usum esse in demonstranda Christianis maiestate ac diuinitate Iesu Christi. Ab ista infausta contagiosaque commissione, bonus rheologus, qui Iesum et Dei verbum amat, abstineat, et satis habeat si simpliciter proponat mentem Dei, sine fucoso σοφισμῷ. Si quis transuersum dessectit vnguem, *u)* vt cum philosophis paria faciat, is nec dignitatis suae memor est, et de maiestate disciplinae sanctae immensum detrahit. Igitur quicquid tandem ponat rheologus, id debet sola auctoritate Dei comprobare. Quod ni faciat, explodetur. Si faciat, ratio frustra aduersus Dei auctoritatem oblatrabit. Statim enim audiet: vtri vis potius credamus? tibi, an Deo? visne esse sapientior Deo

¶ GLOSSA RECENTIOR verba haec ita reddit: *Ratiocinationibus a possibilitate arcessitis, syllogismis conditionalibus et disiunctiuis, enuntiationibus ac methodo mathematica demonstrationibus, coniunctis illis cum fastu philosophico, cetero plus fecerunt, quam vt cum ratione insanirent, futillissimasque et inanes excluderent in doctrina de Deo et in omni theologia opiniunculas. Num absurde haec? num te-*

merarie? Bona verba quaeso *t)* Hi μῦθοι σεσοφισμένοι, a PAULINO vocantur μῦθοι ἐξέρηλοι καὶ γεωόμενοι, *1 TIM. III, 7:* γεωολογίας ἀπέρανται, *1 TIM. I, 4:* et simpliciter μῦθοι, *2 TIM. III, 4. TIT. I, 14.* Conf. Summe Reuer. IOH. DIET. WINCKLER, de *Philos. Platon. Pythag. fraudib. a Paulo et Petro improbatib.* §. IIII *u)* Verba sunt STEPH. GAUSSENI, de *Utilit. Philos. ad Theol.* p. 321

AB: 153369

ULB Halle


3

004 153 987



Sb,

R





DISSERTATIO HISTORICO THEOLOGICA
DE
SYNCRETISMO PHILOSOPHIAE
ET
THEOLOGIAE REVELATAE

QVAM
SVB PRAESIDIO
IOHANNIS BENEDICTI
CARPZOVII

S' S' THEOLOGIAE DOCTORIS ET EIVSDEM
PROFESSORIS PVBLICI ORDINARIJ AC
FACVLTATIS THEOLOGICAE ASSESSORIS

IN
AVDITORIO MAGNO THEOLOGICO
PVBLICO EXAMINI SISTIT
AVCTOR
CONRADVS NAHMMACHER
RACEBVRGENSIS

A' D' XXI APRILIS MDCCCLV

HELMSTADII
EXCVDEBAT PAVL' DIETERIC' SCHNORR